



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Recogniti||one Des. Eras-||mi Roterodami.||

Erasmus, Desiderius

Basileae, 1518

VD16 E 3644

C. Avrelivs Valerivs Diocletianvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14277

ferre Constantio uiro dabo. sed hoc fata Herculio seruatum statuerāt. Carinus diu praesse non potuit. Piorum sanguine madefactus, totius ubiq; iuuentutis corruptor. Victor tamen exercitus in Perside Diocletianū imperatorē legerat, qui Carinū multis praelijs uicit. Non defuit Carino uigor occupandi orbē: multūq; progressus fuisset, si non incidisset in Diocletianū, cum exercitu recenti, uictoria ferocem. occubuit Carinus ultimo praelio ad Margum cōmisso, à militibus fortissimis quos habebat desertus. Percurri gesta XI imperatorū, ne interrupta temporum series admirationem legētibus faceret. Ad destinatum opus redeo, professus initio me scripturum de his imperatoribus, quorum gesta magna ex parte ferē interierant.

PRIMI LIBRI FINIS.

C. AVRELIVS VALE-

RIVS DIOCLETIANVS.



ALONIS Dalmatiæ ortus, utroq; parente ignobili & obscuro, quidam scribūt Libertino Anulli senatoris genitum, quidā scribæ filium, militare à pueritia cepit. Cumq; Gregarius miles in Gallia esset, diuersorio cuiusdā Driadis utebatur, ab qua cibaria emebat, debebatq; plurimū uetulae, cum illa precium posceret, dicere solebat, soluā cum imperator fuero. At illa subiunxit: Eris imperator cū Aprum interficies. Hac uoce auguriū futuræ felicitatis adcepit, etiā studebat uenatū ire, sapius contra apros congregiēns, plurimos interfecit, tandem cum Arriū Aprum sua manu cōfodisset, & imperator ob id factus esset, intellexit uocem Driadis haud uanā fuisse. Profligato & cæso Carino Augustus adpellatus, & ab S. P. Q. R. magno honore exceptus est. In quibusdam imperij regionibus facti sunt motus, & tyranni nō deerant. Diocletianus animaduertens consorte imperij opus esse, ut citius pacē ubiq; redderet, Maximianū legit, tantāq; fuit in gubernanda Reip. inter principes cōcordia, ut alter alteri, quāuis semper honesta cupiebant, nunq; repugnauerit, uerum Maximianus ut filius patri Diocletiano obtemperabat. Felicissima cognomina sibi indidit. Diocletianus Iouius, Maximianus Herculius adpellati sunt: uelut ille Iouis, hic Herculis hæres. Iuppiter Gigātes ut cæli regiam defenderet, perdidit. Diocletianus ut orbī terrarum regiam tueretur, Tyrannos surgentes, ut Centimanos, diligenti cura perdidit ac deleuit, & ut Iuppiter turbata pacauit elementa, sic Diocletianus domitis ac cæsis seditiosis hominibus, imperium turbatum, tranquillum reddidit. Iuppiter ab sua arce undiq; suum numen diffundit. Diocletianus quāuis uno esset in loco, sua prouidentia præsens ubiq; esse uidebatur. Hercules ἀλεξικακος, à nostris custos generis humani cognominat⁹, urbis, oppida, agros, regiones, syluas, horrendis & perniciosis monstris, & aërem infestis alitibus liberauit, simul & genus humanū tutatus est. Maximianus post salubre tēperamentum uirtutis

tum uirtutis & imperij adfertor, nunq̄ nisi reddita toti orbi securitate quieuit. Conatus contra Remp. dispulit. Hercules qui magna gessit, materiam præbuit Camcænis cōcinēdis, harumq̄ comes habitus est. unde Musagetes adpellatus. Maximianus laborū Herculis æmulus, niuosas alpis, maiore conatu tutior calcauit. latrones plurimos toto imperio exegit, superiora sæcula gestis adæquauit, pestilentē aërem in perpetuā salubritatē restituit, immisissis in perpetuas foueas paludibus, materiā canendi Poëtis exhibuit. Hercules Iouis F. Maximianus Diocletiani. Verā igitur cognominis adoptionem duo Cæsares Augg. meruerunt. Inter quos quidā clarior ac præcipuus amor usq̄ ad sapientiæ finē perducauit. Eam sic adpello cū imperiū deposuere. Ita cognomine patris ac filij unanimes nihil orbi pacādo prætermisere. Maximianus tumultus in Gallijs, quos Amandrus & Elianus excitauerant sub specie tyrānidis, cum tota factione Bugaridarū (hoc nomine se adpellauit turba rusticorū) compressit mira celeritate, statimq̄ deleuit. Ita pax Gallijs restituta est. Inde trāsatus in Africam Gentianos deuicit, qui uix pacē impetrauit. Quinquagenarij & supra eum numerū annorum, hi milites fuere, qui Africā diripiebant, cupientes sibi regnū uindicare. pullulātibus p̄ uaria loca nouis bellis, concordēs Augg. duos adoptauere. Diocletianus Galeriū Maximi Maximianus Constantiū cognomine Cloron, Cæsaresq̄ fecerunt, & præter adoptionē adfinitate iunxerūt. Nam coacti repudiare primas uxores, nouas duxerūt. ille Valeriā Diocletiani F. Hic Theodorā priuignā Maximiani. Erat in Gallia Hercules, Iouius uero in Aegypto. ille Galli cas. ut diximus: hic euerfis duabus urbibus superato Achilleo pacauerat Aegyptū. urbes prope ueteres Thebas positæ erant, dites ac populosæ, Busiris & Copos, spem rebellionis augebat Achilleus, cuius cōsilio fere tota dissenferat Aegyptus. tandē cæsis ubiq̄ autoribus defectionis, intra nouē menses quieuit puincia seminarium religionū, in qua Archisynagogi plurimū autoritatis habebāt. Alexādria uero obfessa & VIII mense capta est. Imperator cōtentus optimatū cæde, abstinuit à multitudine. Achilleus uero meritas luit pœnas, feris oppositus & dilaniatus: terra uero ubiq̄ cædibus potentium maduit. Frustra contra Craussū, Britannā insulam occupantē, arma cœpimus per duces Maximiani, qui anno VII ab socio per insidias petitus, occisusq̄ est. & is tyrannidē sumpsit, qui tertio post anno ab Asclepiodoro præfecto præ. uictus est. Britannia post anno q̄ defecerant receptæ sunt. Britannā circūfluam Oceano Aborigines tenuere. nomē indiderūt Britāni cōtinentis, qui sunt intra Gallos & Hispanos, uocati post Britones. & hi accolæ Oceani insula potiti. Eo deinde cōcessere Hispani, Galli, & Germani. Primus Romanorum C. Cæsar insulam ostendit. Vespasianus imperante Claudio captis regibus domuit. Huc cum frequentes irent Romani, paulatim nostros imbibit mores. Constantius uero multa præclara gerens in Gallijs, semel cum esset apud Lingonas populos, eodem die uarietatem fortunæ expertus est. Alemanni magno impetu intrumpunt, Constantium in fugam uerterunt. Is ad propinquam urbem fessus se contulit. Cuius portæ hostili metu occultæ fuerant: & nisi demisso fune per muros sublatus fuisset,

fuiſſet, cum hoſtes captiuum abduxiffent. In urbe hortatus eſt robur ſuorum, qui eo ante confugerant, ne talem ignominiam paterentur. Poſt cōcionatus eſt ciuibus ut arma caperent, & dedecori abolendo auxilium præſtarent: ita apertis portis erumpunt, hoſtes fugant, & propè LX milia cædunt. ea uictoria libera tæ Gallia, ad trita Germaniæ, luas uires admifere, quas reparare niſi non ſunt Alemanni. At in Aegypto erat Diocetianus, ut res turbatas in Oriēte ſedaret. Narſes enim modo Armenias, modo Meſopotamiam acri bello quatiebat, & cum eo cōuenerant propinqui reges, ac duces præcipui, rex Scionitarum, & rex Albanorum. priuſc̄q; bellum contra Perſas explicemus, non alienum forte erit acerrimi progeniem hoſtis aperire. Regnaū in Perſide Artaxerſes quidam ex genere illius, qui per ſeditionem à militibus regnū adcepit, Perſis præfuit. Huius filius fuit Sapore, Saporis Hormiſdas, Hormiſdæ Vararanes, huius uero Vararaces, Vararacis Vararanes ſecūduſ, qui Narſen filium regni ſucceſſorem reliquit. Contra hunc ab Diocetiano miſſus eſt, Galerius. etenim ipſe expeditionem parare cupiebat in Aethiopas, ſi res in Oriente proſpere ſuccederēt. Galerius iuuenili ardore auſus eſt contra multitudinem congregi, & æquo Marte diſceſſit. Inde factus animoſior, nō longe à Carris iterum congreſſus, paulo inconſultius quàm antea, dum ſperat uincere ſuperatur, amiſſo ferè toto exercitu. itaq; repulſus redit in Syriam, & inde ad Diocetianum, occurritq; Auguſto in itinere, ad quē antea aduerſi belli fama uenerat. Galerius purpura indutus (nā Cæſar erat) mille paſſus ante Carpentum indignati principis pedes cucurrit, ueluti homo Gregarius, & auditus nō eſt. Tandem princeps poſt minas iuſſit uti ex lectiſſimo ſupplemento exercitū reficeret, & in Perſida rediret, ignominiaq; aboleret. Is ex militibus Dacia, Illuria, ac Myſia pugnaſſimas copias & robuſtiſſimas coegit, & cōtra Perſas meliore auſpicio p̄fectus, hoſtem inuenit, in Armenia maiore, qui ex recenti uictoria ſumptis uiribus prouincias imperij Ro. ſecundo Marte uexabat. Maximinus uero iratum principem placare ſtuduſ, abolendæq; ignominia ad cenſus, priuſc̄q; manus conſereret, hoſtiū ſtationes ipſe habitu gregari diligentiſſime explorauit. Interea Diocetianus cum firmiſſimo ſubſidio Meſopotamiam cōceſſerat, ut noſtris animū & hoſti terrorem præberet. Ibiq; Cercuſium oppidū ſpatio ampliavit. mœnibus & turribus inexpugnabilibus muniuit. Galerius cum XX milibus equitum ex improuiſo hoſtilia caſtra noctu adgreſſus, innumerabilium Perſarum ſtrage, decus noſtrum non modo ultus eſt, ſed felici uſus uictoria, fines imperij longius p̄duxit. uetus oraculum falſum eſſe oſtendit. antiquiſſimi Vates cecinerant, Romana arma Cteſiphontem tranſire nefas eſſe, & duces qui auſi fuiſſent p̄enas darēt. Putant M. Craſſum id cogitantem cum exercitu periſſe. M. Vlpium Traianum tranſgredi auſum Italiam non repetiſſe, & quinque prouincias trans Tigrim ſtatim amiſſiſſe. ſatiuſc̄q; fuiſſet iter non tentariſſe. legiones longo labore ad triuit, & ferè conſumpſit, & quàmuis Victor longius produxerit terminos, tamen non multum profecit, neſcio an ſic uolūtibus fatiſ, an culpa ſucceſſoris Hadriani. Cteſiphontem cupiens tranſire ſuperato Tigride Valerianus, ab Sapore rege Perſarum captus eſt.

captus est. Verum Odenatus Palmirenus uictor Romanæ maiestatis, Cthesiphontem usque trans Tygrim peruenit. Carus imperator exercitum Probi Sarmatico bello late uictorem duxit in Persida, hostile regnum uastauit. Seleu-
tiam cinctam Euphrate, quã olim ceperat Helius Verus Antoninus, expugna-
uit. Deinde Cthesiphontem, & longius progredi uolentẽ, uel morbus, uel ictus
fulmine celo turbido, & coruscante absumpsit. Galerius de quo nunc sermo
est, totam Assyriam expugnata Cthesiphonte cepit: & quinque prouincias Trã-
stygritanas, quæ statim redeunte ad nos Traiano defecerant, subegit & impe-
rio adiunxit. uictor redijt ad Diocetianum, & post imperauit Augustus. Illud
» sanè constat, numinum oracula bona ex parte uana, & fidem raro implere, &
» si quando euenerit, uix intelligi, & sapius eludere credentes, adeoque præstat ra-
» tionibus, & experimentis, atque consulto res adgredi, & si in rebus bellicis fortuna
» plurimum sibi uindicat: tamen credibile est etiam uirtute augeri. atque ampliari,
» ut in propagando Ro. imperio facile animaduertere licet. Nam si de rebus futu-
» ris certa starent uaticinia, uirtus pro nihilo esset. Non eo inficias cælitus nostra
» gubernari: uerum sapiens non uano consilio, multa aduersa effugere potest: in
» consultum & insipientem prosperi successus prætereunt. Illos uero non audio,
» ut in uita Maxenti post dicemus, qui ad Magarum monitus, ac diuinationes
res omnes componunt. Præter hoc quod diuulgatum iam erat, aliud occurrit
augurium, Aciem explicanti contra Narsen Maximino, leo, & aper trucidati
oblatis sunt. Tages auruspicum princeps, uisum leonem exitiale pugnaturis pu-
tat. Verum & hæc ut oracula sapius uanescunt. In Maximini uictoria fugatus,
& uulneratus Narses, quem uictores usque ad inuios Parthiæ montis persecuti
sunt, regis proles ferè omnes & uxores, & sorores captæ sunt, pleraque Persarum
nobilitas abducta, reguli, ducesque, & triumpho tam illustri reseruata, & quam-
uis per legatos ab rege conualescente petita, promissa tamen, sed non statim re-
stituta. Ictum uero est foedus, ut Persæ ab Armenijs, Mesopotamia, Assyria, &
quinque nouis prouincijs abstinerent. Diocetianus rebus toto Oriente compo-
sitis, Europã repetijt: ubi iam Scythæ, Sarmatæ, Halani, & Bastarnæ, iugum sub-
iuerant unã cum Carpis, Cattis, & Quadis. Admonendi sunt qui legerint, pro
Maximino in quibusdam codicibus Maximianum esse, & hoc qui e marmori-
bus epigrammata exscripsere, satis indicant, scilicet simul imperasse Maximianum
& Constantium, & deinde Maximinum, & Seuerum: errorque est, aut ab libra-
rijs, aut ab his, qui ex lapidibus adceperunt. Nos uero confusi discernere non au-
demus. Aera lapidesque indicabunt. Sed in eo summopere hæremus, quod prio-
ri Maximiano præponitur Herculius, posteriori Galerius: dumque incerta aura
ferimur, sit hic Constantij conlega Maximianus. Anno postque hæc scripsera-
mus, Seraphinus antistes sancti Petri à uinculis, & Vilelmus Heda Alfinius cõ-
mertio literarum mihi ualde familiares, & antiquorum monumentorum dilige-
tissimi indagatores, cum urbem Ro. repeterent, secum attulere epigramma in
agro Forosempronienti ex saxo quadrato exscriptum. Aeterni imperatores
Diocetianus, & Maximianus Augusti: Perpetui Caesares Constantius, & Ma-
X x ximianus

ximianus pontem Matauro. Romæ in templo Vestæ nuper reperto ad forum Ro. in quadam marmorea basi. Dedicata XIII. Cal. Ian. Constantio. III. Et Maximiano III. Cæs. COSS. Curante Aur. Niceta. alias plures. Quoniam hac uia multum profecimus, studiosis consulendum arbitramur, uti perquirendo his uestigijs insistant. quod si fecerint, sciant uelim, & se nostræ linguæ plurimū conlaturos, & laboris gloriam consecuturos. Ex Barbaris multi adducti captiui, qui non fuere securi cæsi, sed post triumphum in Romani imperij finibus positi, ut una cum ueteribus incolis habitarent. Regiones enim adsidujs incurSIONIBUS uastata: ferè in solitudinem ierant. Rediere ex diuersis partibus orbis ad urbem principes seniores, quorum auspicijs limites imperij Romani longius producti, atque prolati.

MAGNITUDO IMPERII ROMANI.

AB ortu usq; ad Indos propagati imperij fines, non Euphrates, non Tygris uetere, non superbæ regum Persarum minæ. à Meridie Aethiopes per legatos adcersere. Ab Aquilone Barbaræ, feræq; nationes Sarmatarum domita. Ab Occasu Gensoriacus Oceanus admirabilis uictoriæ testis est, simul & Britannicus. Igitur toto terrarum orbe undiq; Romana arma illustres uictorias adsecuta, socijs lætitiâ præbuere, rebellibus metum, terroremq; pugnare cupientibus. Porro Persæ armis Ro. cedere confessi intra positos terminos se tenuerunt. Post tot uictorias maximus triumphus ab senatu decretus, & indyta cognomina principibus indita ab deuictis populis. Diocletianus uero Romanorum principum uictoriosissimus, diuinos honores imperatoribus Augustis habendos præcepit. Nam cum priores, ut consules salutarentur, primus ipse uoluit adorari, uelut in eo esset cælestis maiestas (Persarum iste mos, quorum princeps rex regum adpellatur, & adoratur) fratrem Solis, ac Lunæ se nuncupans. Imperatores antea manus exosculandas nobilibus præbebant. Post suis manibus subleuabant ad oris osculum. Vulgus genua exosculabatur. Diocletianus edicto sanxit, uti omnes sine generis discrimine prostrati, pedes exoscularentur: quibus etiam uenerationem quandam adhibuit, exornans calciamenta auro, gemmis, & margaritis. Quod fecisse ante C. Caliculam memorant. eundem ornatum immiscuit uestibus, ut augustior esset. & cum contentus esse debuisset, quibus priores fuissent insignibus, quæ Priscus Tarquinius adcepta ab Heiruscis induxit, repperit ex ipso habitu, uti deus haberetur, maiorèq; sumptu uanam Arfacis gloriam superaret. Itaq; ueste gemmata, & aureo, gemmatoq; curru, cum imperij consorte triumphauit, ingenti ferculorum pompa, ante præcinētibus, & saltantibus lætitiâ militibus, quibus libertas erat scommata in ipsos effundere triumphantes. Ipsa quidem fercula primus ostendit Romulus, qui ramum quernum manu cepit, in quo cæsi Acronis regis Ceninensium opima Ioui Feretrio in capitolium tulit. Ferculis apud ueteres ferebantur spolia cæsorum hostium sanguinolenta. Postq; arma Romana longius prouecta uicere, fabricata fuere cum signis, & monumentis uictoriæ, quæ possent manibus militū ferri. Inferebant ferè omnes triumphū uia Appia, porta Capena. Ea enim uia
ampla,

ampla, & VIII. mil. pas. ab urbe frequens ex utroque latere habitata, & inde in
 Capitolium rectum & amplum iter. In quo lignei primū, continuiq; arcus, post
 marmorei columnis suffulti. Vnde multitudo satis commode triumphum spe
 ctare posset. Cuius ordo non semper idem, uerum qui tum fuerit talem adcepi
 mus, qualem Diocletianus cum consorte habuisse memoratur. Tempa deorū
 immortalium tota urbe patebant, ornata fertis, ac floribus, spirantia Arabicos
 odores. itinera ubiq; repleta pinguibus mensis, & lætis poculis, ut fessi uictores
 se recrearēt. Præferbantur in uehiculis tabulæ, signa, colossi, hostiū galeæ, tora
 ces, ocreæ, peltæ, scuta, uexilla, pharetræ, tela, arcus, enses, frena, & equorū pictu
 rata strata, opes, tapetes: & quæ præciosa & digna spectaculis, deuictis hostib⁹
 adlata erant: & modo ex Oriente, ut puta Assyrijs, ac Persis, tētoria & ex Baby
 lonico opere multa. Post ingens hominum grex, qui in uasis ferebant aurū ar
 gentūque, & purum, & lignatum. Singula uasa ualidi iuuenes humeris fe
 rebant. Post argentei crateres, pelues, phialæ, calices, uestes, & tota regia supel
 lex, & uasa ex solidis gemmis. Hinc ferculorum multitudo, & hos sequebantur
 Tubicines bellicum clangorem intonantes: deinde boues auratis cornibus, quo
 rum medios uittæ cingebant: nec non & frontibus uittatos ad sacrificium suc
 cincti popæ, hoc est, ministri agebant. Sequebantur & alij ministri cum argen
 teis patinis: regia de hinc proles, uxoresque, & nati, & sorores, cū pincernis, ser
 uisq; ac nutricibus, & pleraq; Persarum nobilitate, patrio more uestiti omnes,
 sed pullati. Spectantium oculos, & si hic impleuit numerus, tamen lectiores
 reddidere tabulæ duæ. Altera ipsam Persida ostendens suppliciter tollentem
 manus, & exorantem à populo Ro. gentium uictore ueniam, altera Narsen re
 gem fugientem conspiciendum præbebat. Post ingens captiuorum turba satis
 mœsta, in qua fuerunt Scytharum, & uariarum gentium duces, qui lachrymas
 effundebāt. Præferbant aureæ coronæ, & munera uictori dono data. Propius
 currū præcedebant homines stipitibus, sudibusq; adensis, qui turbā submoue
 rent. Post triumphantium currus ex auro, & lapillis præciosis, quem trahebāt
 quatuor equi candore certantes cum niue. In quo sellæ curules duæ ornatae gē
 mis, in quibus sedebant principes terrarum triumphantium. capitibus imminē
 bant uictoriæ allatae. Diocletianus (ut cæteri antea) una fuit corona ex lauro
 contentus, simili & conlega. Reges uero Persarum tiaram, qua utebantur, tri
 bus coronis exornabant. Currum sequebantur captiuitate liberati, raso capite
 & pileati, deinde equites laureati. Illud etiam lectorem ne fugiat, arma uicto
 rum fuisse in triumpho laureata: & qui triumphabat, ex lauro coronam cū per
 uenisset in Capitolium, post sacrificia ponebat in Iouis gremio. Primi triumphi
 fuere currus, clypei, arma horrida, & spolia perfusa sanguine. Bello Punico se
 cundo, M. Marcellus deuictis Syraculis ostendit, opes & signa intulit, & deo
 rū simulacra: in quo reprehensus est ab Q. Fabio Max. quod relinquere debuif
 set deos suis iratos, ut ipse prius fecerat de Tarentinis. Verum inualuit consue
 tudo Marcelli. Nam longe antea captis Vehis, M. Furius Camillus Vehienta

nam Iunonem intulit urbi.

DE TRIUMPHO ET OVATIONE.

O Peræprecium est cognoscere hoc in loco quid sit triumphus, quid ouatio, & unde sint factæ uoces, non solû corographia, sed etiã interpretatione uerborû, historia ornat. Licet primû simplex fuerit narratio, & nuda, tamé non carere laudibus qui exornauerunt. Triumphum primus mortalium post Indiã uictoriam ostendit Bacchus, nomenq; ab re inditum est. milites eius folijs ficorum, quæ *ἀγία* dicuntur, uultus cooperuerunt, Iambos, & scommate canentes, quæ sunt licentiose dicta, mixta salibus in eum qui triumphat. Post uero milites uis fuere rythmis. Scribunt alij triumphum dictum ἐκ τῶν τριῶν, hoc est, tribus uelut ordinibus, senatorio, populari, & militum, ab quibus celebris est triumpus. Cognomentum Baccho triumphanti inditum, M. Varro tradidit. Vnde clamabant omnes, Io Triã βε Bacche Io, nos conuertimus in triumphum. & Romilites dicebant, Io tri ùphe, Io triumphe. Tradunt & Scenicos, priusq; ora fecibus teget, folijs ficorû ufos fuisse. Triumpus uero non idé ualet quod ouatio. Domitius multa cæde hostibus habebatur triumpus, & boues cornibus auratis mactabantur. Et bos ipse qui mactabatur in triumpho, triambos etiã dictus. Cum uero hostes sine pugna, & sanguine cû ducibus nostris conuenissent, quoniam res peracta sine cæde esset, ouatio erat. Pedes ingrediebatur urbem, qui sic uicisset, sine ferulorum pompa, myrto coronatus, unã cum militibus, quia ea arbor dicata Veneri, quiescere ab armis ostendit. Tibicines ouantem præcedebant, quæ paciferæ choreæ instrumenta sunt. In sacris mactabantur oues, unde ouationis nomen. Modo de triumpho centuriæ decernebant, & comitia erant centuriata, modo senatus. Primus Romanorû, qui quadrigis urbem inuectus est, fuisse Priscus Tarquinius memoratur. Sunt qui malint P. Valerium Publicolam. Prima ouatio data est P. Posthumio Tuberio, qui fuit conlega Menenij Agrippæ Lanati, & huic triumphus datus. Ille primû contra Sabinos remale gesta liberatus est ab Agrippa, in altero prælio causa uictoriæ fuit. Ita cû ambobus honos haberetur, senatus huius laudis decus excogitauit, ut non sella curuli, sed pedes cum exercitu exciperetur. Verum sanguis in ea uictoria, & nostrorum & hostium effusus est. Post uero ouationem his dedere qui conuentione uicissent. In triumpho clangor tubarum, In ouatione concentus tibiaram, ille Martis, hic Veneris est. Illud etiam huic loco addendum puto, quod Romani profecturi ad bellum, Nemese sacrificabant, & munus gladiatorium ædebant, quod non sine ratione factum arbitramur.

DE NEMESI DEA.

Virgo & uictrix Nemesis numen fuit, quo qui ex malefactis delinquebant puniebantur. Vnde uictores Nemese non frustra inuocabant. Romani enim semper iusta mouere arma. Ceteræ nationes odio, & maliuolentia, liuorq; quod imperium tantæ urbis iustitia augetur, tela in populum Ro. cauebant. Nemesis, quam plerique existimauere esse uim fortunæ, alij filiam iustitiæ,

sticia, alij uim quādam esse inter cælestes discurrentē, prima rerum femina, quæ factorum, & fortium uires temperat, atque emendat, rebus humanis trutinam adhibens, è cæloque terrena despectans, nocentes punit, bonis præmia largitur. & cum sit uelocissima, quia diu non permittit impios præesse, atque crassari, alata fingitur à ueteribus, & eius pedibus supponitur rota, cum citissime discurrat. Sed tandem multitudine scelerum indignata, oculos iam diu ab rebus humanis auertit: & cum genitrice in remotiore parte cæli, ultra terrarum regiones non reditura, renascentem urbem expectat, Rhamnusia est adpellata ab Rhamnunte oppido Atticæ regionis, ubi templum & simulacrum habuit: & ab Adrasto Adrastia. Roma templum huic deæ posuit in Capitolio, ut inde suam urbem posset ulcisci. Ludos uero gladiatorum, ut effusione sanguinis non expauescerent. Quidam tradunt hac specie pugnarum uelut deuotionem fecisse pro futura uictoria. Triumphauerunt autem uictoriosi, & felices Augusti anno imperij xviii. Post tantam felicitatem, cū haberetur gloriosissimus principum Diodetianus, secum sæpenumero contemplans fortunæ mobilitatē, decreuit imperio se abdicare, & in priuatam secedere uitā. Gestorum Pompei admonitus ueteranus princeps, cum quisq; de rebus futuris ambiguus sit, non expectauit incertæ uicissitudinis aleam. Raro enim permanent usque ad exitū successus. & si in primo Augusto fuisse uideant: tamē & adceptæ in Germaniadades, & domestica libidines, hominis felicitatē turbauere: & (quod minus fieri debuerat) Liuiā uxor uenenatas porrexit ficos, ut cunctantem in sene animam citius educeret. Scribunt quidam duces post triumphum solitos se ocio dare, & laudibus efferunt M. Catonem, postquam de Hispania triumphauit, nō quie uisse, sed foro, & publicis negocijs incubuisse. Quod si in Diodetiano quis obiiceret, longe aberraret. Neque enim honor triumphi, neq; ætas imbellis, sed metus rerum humanarum, quæ aut rarissime, aut nunq̄ consistunt, imperium deponere suasisit. Eius etiam consilio ferum, & asperum ingenium Maximiani, qui solebat in omnibus conlegæ non repugnare, adqueiuit. Igitur eodem die (nam ita conuenerant) Iouius Nicomediæ, Hercules Mediolani, rem monumentis Romanorum incognitam, & nepotibus non minus dignam memoratu, quàm admirabilem, peregerunt. In quo Iouij animus ueram philosophiam est imitatus: adfirmans tunc illuxisse diem, & habuisse uitæ principium, quod magnis molestijs esset liberatus. Philosophi adferunt: dominatum adpetere non est sapientis hominis. & id cogitasse Augustum scribunt: sed uetitum ab amicissimis. Et M. Aurelius imperium molestias uocabat. Tamen ambo se excusant, & rem laudabilem ab amicis impeditam dicunt. Verum ille sibi uixisse testari potest, qui priuatus, sine rerum publicarum cura, & studio ocio, & rei rusticæ felicissime indulsit. Stimulis conlegæ ut imperium unà repererent contradixit, differuitq; se peste liberatū, nolle amplius uenena imbibere, satis se pro rep. elaborasse, & tempus adpetisse, ut sibi uiuat: & uixisse non posse testari, nisi postquam in patria sua, hoc est, Salonis holera seuisset. Cum illeres angustas pro

ea dignitate quae praecesserat, obijceret: respondit non esse turpe homini, qui summum bonum in animo posuerit, honestam profiteri paupertatem: exemplorumque ueterum, & praesertim C. Fabrij castam opinionem confirmabat. Vocatus ab Constantino, atque Licinio, excusauit per literas senectuti minime licere. Cumque illi aegre tulissent, rescripserunt se non admittere excusationem, quod fauisset Maxentio, at Maximiano. Trebellius Pollio meminit Diocletianum dicere solitum, cum in priuata esset uita, nihil esse difficilius, quam bene imperare. Nam quisque pro uoto de principe loquitur. Ad haec, principem cubiculo dum sum uera minime noscere, aures suis praebere, & horum uerbis accendi, ac sedari, magistratus creare: denique sit qui imperat bonus, sit cautus, sit optimus, omnino uenditur ab aulicis, ac decipitur. Et interrogatus quae esset potissima in principe dos: respondit, liberalitas, & clementia. Haec cum Aureliano defuisset, adseribat ducem esse debuisse, non principem: asperitatemque conlega imperator sapientius detestatus. In eoque summo opere studuit, ut liberalitatis, & clementiae cognomen adsequeretur. Unde, ut mihi uidetur, Iouius adpellatus. Nam qui iuuat, largitur ac parcat. Ius uero, ab quo clementia abest, crucem ueteres adpellauerunt. Vixit Diocletianus annis duodecoginta. Imperauit annis xx. Mansit priuatus Salonis annis x. Scribunt quidam stupore mentis, & longa aegritudine confectum, animam inter suspiria effluisse: quidam hausto ueneno interijisse, quidam decreto senatus perfracta gula occubuisse. Ut ego existimo de Herculo adiciendum esse, non de Iouio. Quoniam cum poenituisse Herculum adfuisse conlega, & inde animum hominis non flexisse, contulit se ad urbem, simulans filio ad gubernacula auxilio fore. milites indignati sunt, quod ea tentaret. statimque subiunxit, se hoc figmento uoluisse experiri an milites Maxentium amarent, unde tumultum suppressit. Inde profectus est ad Constantinum generum suum ex Fausta, quae in Gallijs erat, & danculum quarebat genero insidias. Res aperta est uiro per uxorem, quae patri maritum praetulit. Itaque iussu generi captus Massiliae, strangulatusque est. Hunc finem meruit Maximianus seuerus, asper, & immitis: qui ubi conlega obtemperauit, priuatum uiuendi statum sequi debuit. Diocletianus, qui ab tanto rerum culmine secesserat, nullius consilio adduci potuit, ut poeniteret. Igitur priuatus cum esset, post mortem inter diuos relatus est. Thermarum eius nomine Romae sunt consecratae, & Maximiani Herculis Carthagini. Thermarum nominis Diocletiani inchoatae fuerunt a ueteribus principibus, & consecratae ab nouis Augustis Constantio & Maximiano. Diocletianus igitur inchoatum opus absoluerat omni cultu perfectum. Secuti principes posuere ibi statuas, & seniorum, & nouorum imperatorum: quorum capita integra, & fragmenta reliqua corporum erui ex subterranea testudine, uelut ibi post ruinas Thermarum conseruata, uidimus: & partim in Capitolium delata, partim Florentiam missa. Constantius, & Maximianus inuicti Augusti, Seuerus & Maximinus Caesares Thermas ornauerunt, & Romanis suis dedicauerunt. Sit ne in nominibus ambiguitas diximus. Haec didicimus ex fractis mar-

moribus

mōribus ibi effossis, in quibus & tituli uictōriarū Maximiani Herculi in hæc uerba. M. AVR. VAL. Maximiano inuictō Aug. Pont. Max. Sarmatic. Max. Gothic. Max. Imp. VIII. COS. III. P. P. proconsuli.

ET ITEM VIENNAE ALLOBROGVM SIC.

D. D. N. N. Imp. Cæs. C. Aurel. Valerius Diodetianus. P. P. Inuic. Aug. muris Curalonensibus ædificijs prouidētia sua instituit.

Tis atq; erectis portam Viennensium Herculiam uocari iusserunt.

ET IN FRONTE ALTERIVS PORTAE VRBIS

IDEM EPIGRAMMA IN FINE SIC.

Portam Romanam Iouiam uocari iusserunt. Nam Diodetianus Iouius est dictus, & Maximianus Hercules. Iouius & Hercules ab Gallis adeo dilecti, ut ab eis duo populi nomina sumpserint, Iouiorum, & Herculiorum; & Viennenses duas urbis portas Iouia & Herculia adpellauere, ut epigrammata docēt. Porro Diodetianus aurei sæculi parēs, & Maximianus ferrei existimat.

CONSTANTIUS CLORVS ET GALERIVS MAXIMIANVS.

Seniores Augusti priusq; se imperio abdicarent, Augustos adpellauere adueniente senatu, Constantium & Maximianum. Ille natus est patre Eutropio, Romanæ gētis nobilissimo, qui genus ab Aenea deducebat, & matre Claudia Claudij Aug. F. ut Gallijs, Hispanijs, Italiae, & Africae præesset. Hic ut Illurico Græciæ, & Orienti imperaret. Constantius natura mitissimus, & diuitiarum spreto, administrationem Africae, & Italiae recusauit: quod existimabat ab uno tantum pondus minime sustineri posse. Et quoties feriatibus epulum dedisset, uasa argentea accipiebat ab amicis, ut abacum exornaret. Na & ipse paucis contentus, ab fictilibus non abhorrebat. tanta modestia uixit, ut facilem, & amabilem se cunctis præberet. Vnde plurimum diligebatur. Eoque regnante in Hispanijs, Gallijs, & Alpibus, nulli motus fuere, & hostes populi Romani ab armis cessauere. In hac placida quiete ex Theodoro liberos suscepit, Constantinum Anaballianum, & Constantium, ac Constantiam. XI. anno ex quo Cæsar est factus occubuit, morbo absumptus Eboraci, sic est oppidi nomen in Britannia, & inter diuos relatus. Galerius, postquam Constantius Italiam, & Africam reliquit, adoptauit duos, Seuerum, & Maximianum. Illum præfecit Italiae, & Africae, hunc Orienti. Romæ autem prætoriani imperatorem fecere Maxentium, non abnuente senatu, qui non ut Augustus, sed ut Tyrannus imperauit, prætorianis eum ad hanc sæuitiam impellentibus. Aberat ab urbe Seuerus cum prætoriani Maxentium creauerunt, ad urbem cito redijt. Sed Maxentij uires (incredibile dictu) statim creuerant. Seuerus impar aufugit, & cum Maximianum peteret, qui in Illurijs erat, Rauennæ captus, cæsusque est. Ab cuius cæde Maxentius gloria elatus, ciues Roma. libidinibus primum, inde cædibus uexare cepit, hinc odio haberi ceptus est. Maximianus cum adcepisset de morte Seueri, consortem imperij legit Licinium Dacia oriundum, qui genus suum ad Phili-
Xx + lippum

lippum Aug. referebat. Qua de re in monumentis publicis illius nomen adoptauit, dictusque est M. Iulius Licinius Licinianus: quoniam proauus, ut ipse dicebat, fuit M. Iulius Philippus. Licinij uirtus in re militari bello Persico contra Narsen Maximiano cognita ante fuerat. Hic Licinius fuit, qui subuertit in Perside tumulum Gordiani, quod titulus uidebatur progenitoribus suis iniuriam facere. Multa tamen præclara gessit, & priuatus & Aug. Maximianus relicto in Illurijs Licinio, Romam proficiscitur pugnaturus contra Maxentium. In itinere cum adciperet de futura militum defectione, qui ita conueniant, si cum Maxentio conflifixisset, Illuriam redijt, & iam poenitebat legisse Licinium. Incidit postea in morbum, ulcus inguinibus innatum uirilia exedit. Marcescente tota illa corporis parte, uermes pullularunt, remedia deerant, medici desperauere: & si erant qui noua tentassent, admouere manus non audebant, metuentes ne à sæuissimo principe occiderentur. In hoc cruciatu cum esset, suspicatus est ob sæuitiam in Christianos id perpeti. Vnde reuocauit decreta, & superinduxit illos adcersiri iubens, ut pro salute principis orarent. Sed pro truculento, & sanguinolento homine preces non ualuerunt: si enim conuulisset, redijisset ad solitam crudelitatem: itaque ex eo morbo periit, homo gloria rei militaris inlustris, uerum sæuitia in Christianos crudelis. Vnde scædum exitium habuisse creditus est. Regnauit solus an. II. cum Cæsaribus, & imperij consorte an. XVI. Aduersus Licinium Maximianus in Oriente res nouas molitus, oppressus est: & ne uiuus caperetur, se stragulauit Tarsi. imperauit ann. VII. Et is contra Christianos toto Oriente, si non truculentior, tamen non inferior Maximiano fuit. Interea bona pars nobilium Romanorum per clandestinos nuncios Constantinum, qui in Gallijs imperabat, exorant, uti urbem Romam, imperij caput, tyrannide liberet. qui sapius adcersitus tandem cessit precibus, & uix quarta parte exercitus Italiam petijt. Maxentius asperitate similis Maximiano patri, sæuitia Domitiano & Commodò, plerosque claros uiros occidit, bona adcepit. Noua uestigalia inuenit, in occidendo, & omni uia exigendo pecunias inexorabilis factus. Huic etiam mulieribus stuprandis libido inextinguibilis. Captus amore nobilissimæ, & castissimæ sceminae, misit ad eam ministros libidinum, quos solos aulicos habere consueuerat, quibuscum de republica consultabat. Vir puellæ, metu mortis abduci non uetabat uxorem. Illa quæ Christiana erat, petijt se ornandi tempus, & impetrauit, ingressa cubiculum sibi manus iniecit. Illi cum torquerentur mora, inrumpunt, & rem uti euenerat ad principem referunt. Quo exemplo plures adpetere non est deterritus, sed magis adensus. Adcepto nuncio de copijs Constantini, quæ Italiæ fines tenebant, exercitum educit. Quintus erat annus imperij Constantini, qui multis prælijs Maxentij conatus plerisque in locis, præsertim in foro Iulij, fudit. Postremo coacto exercitu intra moenia urbis se continuit Maxentius, & cum nihil unquam gesserit sine responsis muliercularum, consuluit magam de belli exitu. Illa omnia prospera uaticinabatur: admonens, ut cæcis infantibus

tibus, prius aduersa numina placaret. Ad hoc diem & horam dedit, quando educturus esset exercitum, & manus conferturus, qui sacris peractis rem pro Magæ consilio egit, uictus tamen est ad pontem Moluium magna strage. Ipse seu fugiens, seu numinibus Magicæ uanitatis actus, in Tyberim unâ cū equo insiluit, submersusq; est, & nusquam inuentus. Cacodæmones corpus, animam que ad perpetuos cruciatus retulere. Scribunt alij conantem euadere, gurgite fluminis haustum, & imis retentum harenis, ac limo. Sunt qui referunt Tyberinum patrem indignatum deuorasse, & statim euouisse: & caput recisum, adhuc sæuitiam, ac libidines præ se ferens, spectaculo fuisse ante currum uictoris. Hunc exitum Maxentius meruit, Magicis artibus quàm imperio aptior.

» Sæuus in cæteros, sibi non peperxit. Quicumque Magos consulunt, & uaticinia
 » aut auspicia rebus gerendis quarunt, semper sunt anxij, & nunquam inter me-
 » tum & spem auidi futurorum quiescunt. Si illi prospera nunciant, inani & ua-
 » na spe iam tum lætari incipiunt: sin contra, repente tristitia adfecti torpescunt.
 » Heu miseros mortalis imbecillitas ingenij, & mens stupida huc illuc distrahit,
 » atque suspendit. Insana sanè sunt documenta, quæ nostra credulitas excogita-
 » uit, ut acrius torqueremur. Utinam facesseret à mentibus hominum tale figmè
 » tum, quod esse falsum, & nullius momenti etiam maiores nostri tradiderunt.
 Maxentius filius ne Maximiani, an suppositus uxori simulanti partum, ut ca-
 rior esset marito prolem cupienti, ad nos qui tam remoti ab illo sæculo sumus
 differere non pertinet. Verum & hæc sunt prætorianorum militum semina, ra-
 » pere, stuprare, necare, incendere: satis edocti, quorum scelera indomita abhor-
 » rendam fecerant consuetudinem. Stipatores, & custodes principum, ipsos prin-
 cipes ad omne genus & sæuitiæ armabāt. Hi primum uenale imperium propo-
 suerunt. Quid ijs ducibus ausa non est insania cōmodi Antonini: quod turpe
 atque crudele nō excogitabat præfectus prætorio, etiam de capite principis de-
 cernens: Horū iudicio Helius Pertinax uir bonus, & reip. utilis, cæsus est. Quid
 dicam de Balbino, & Pupieno, quorum armis fluctuans respu. constiterat: O
 Romule parens Urbis, quid te profecturum credidisti, cum auspicato hos cele-
 res primus legisti? Male auspiciatus es, eos constituisse, qui opus tuū perdituri
 essent. Sed querimoniam in alia tempora differantur.

M. IUL. LICINIUS LICINIANVS.

Licinius in Dacia natus, parentibus agricolis, & ab ijs puer nutritus (utinā in-
 ter rusticos cū aratro, & sarculis cōsenuisset) extrema pueritia militauit: pro-
 motusque Tribunus mil. bello contra Narsen, qui primus Armeniam Roma-
 nis ablatam, Persarum iuri adscripserat, optime se gessit. Vnde duci semper
 postea gratus fuit. Mortuo Seuero, Maximinus ab uirtute rei militaris con-
 sortem imperij fecit, & Aug. adpellauit. Prius Illurijs, post Orienti præfu-
 it. Literarum acerrimus hostis, adferens uenenum, ac pestem reipubli-
 cæ esse philosophos, & oratores, quos odio præcipue habuit, & mirifice
 insectabatur. Literarum enim adeo expers, ut nomen decreti uix subscri-
 bere possit.

bere posset. Sectæ etiam simplicium Christianorum minime parcens. Iure igitur Constantinus contra Licinium uires Gallicanas, & Italicas expertus est. nec ad finitas prohibuit, & Licinij ingratitude ferenda non erat. Nam Galerij liberos ad fines iure sodalitates, & consortij interfecit. Sunt qui scribunt Liciniũ in nuptijs, ut Constantino gratificarentur, milites adpellasse imperatorem, & ab Constantino missum contra Galerium. Sed uerisimilius est imperatorem factum ab Galerio, ut simul & hostilitatis literarum, & ingratitude adcurari posset. Primi congressus fuere in Pannonia, ubi uictus concessit in Macedoniam: ibique reparantem uires, & magnas copias cogentem improuisus Constantinus adortus fudit, copias dissipauit in Thraciam, fugauit in Asiam. Conuenere duces, fœdere tamen incerto, modo pax, modo bellum erat. Culpa datur ab historicis Licinio, qui sapius tentauit fortunam, ac propterea infidus, tandem & naualibus, & terrestribus prælijs uictus deditio- nem Nicomediæ fecit: missusque est Thessalonicen, ubi homini maligno, & Musarum hosti, etiam contra sacramenti reuerentiam minime fuit seruanda fides, ut deditus esset, & priuatus uiueret. Occisus est à militibus, meritasque luit pœnas. Homo septuagenarius, & uecors. Imperauit an. XIII. & nequa turpitudine careret, Christianis aduersabatur, sapiusque rogatus ab Constantino, non destitit. Hinc femina discordiæ fuisse memorant. Scribunt quidam ante deditio- nem, Constantiam uxorem concessisse ad fratrem, & orasse pro imperio mariti, deinde pro titulo tantum, & non impetrasse: cum pro salute precaretur, flexisse animum fratris. Ita Licinius, qui annis XVI. præfuerat, iussus est sine purpura, & insignibus ad Constantinum uenire, missusque est Thessalonicen, ut illic priuatus cum uxore degeret. Imperator scripsit ad senatum, ut de Licinio quod agendum esset, consuleret. Senatores rescripserunt, ut milites decernerent. Quod ubi nunciatum est, proficiscentem Seras Licinium interfecerunt. Opinio fuit immorantem Thessaloniciæ Licinium inisse consilium de resumendis armis, & ideo missos interfectores. Ab Christianis historicis quod traditur, prætereundum non puto. Ad Hadrianopolim cum pugnaret contra Licinium, fertur Constantinus uidisse duos equites cædentes legiones hostium, & in agro Byzantino uidisse lumẽ satis coruscans supra castra: Et antea, cum certamen fuisset ante oculos urbis, contra Maxentium, conspexisse in aëre crucem irradiantem suas legiones, quibus signis ubiq; cælitus uictoria data est. Ea uera esse quis est, qui ambigat? Vetustas enim persuasit Castorem & Pollucẽ bis hostes imperij Ro. profligasse, bello Latino, & bello Macedonico. Vtinã qui pugnant, certa starent erga deũ fide. Sed præliandũ esset cõtra hostes fidei. Tũc signa certæ uictoriæ nostris turmis, & cohortibus diuinitus micarẽt. Sed quoniã semper bello ciuili occupant Christiani, & odio intestino, pacẽ inuenire nõ possunt, & q̃diu hæc rabies erit, nõ cessabunt furta, rapinæ, raptus mulierũ, & puerorũ, cædesq; sine discrimine ætatis, & sacerdotij reuerentiã, uastationes agrorum, direptiones urbium, atq; euerfiones, & templis minime

minime parcunt, uiri sacrilegi quiescentes mortuos turbant, auidi sanguinis ciuilibus, ac praedae. Mali daemones sic implicuere nostras mentes, ut relictis ueris hostibus, quos longa pace frui permittimus, in nos, nostrorumque membra armatas, & sanguinolentas conuertimus manus. Bassarides Bacchi nomine concitatae in furorem, se inuicem non trucidabant. Agant quae non foeminam bacchantem, sed inreligiosum filium trucidauit: ubi ad se redijt, secessit in antrum, & locum poenitentiae dedit. At nos nunc poenitentiae dedit. Immo existimamus ad laudem, & gloriam accedere quam plurimos interficere, ac si hostes non ciues essent: culpandine sint principes, qui ad tam perniciosum facinus stipedia soluunt, iudicent alij.

- Illud uero ausim dicere, Christianos omnes sub uno signo crucis militare, & nostram religionem unicam esse rempublicam ipsius dei urbem, cuius nos ciues sumus,
- & bellum inter nos esse non posse, nisi ciuile. Iusta arma nostro saeculo inter tot reip. Saluatoris nostri reges, ac duces, unus Ferdinandus rex Hispaniarum mouit: cuius ingenita uirtus diuinitus adiuta, uictis, fugatis, partim caesis, & partim sub iugum actis hostibus, palmam diuinam, & immortalis gloriae inuenit. Utinam deus felices proroget annos, ut sedatis motibus, quos omni uia placare studet, ad laudabile, & sanctissimum redeat opus, unde plures coronas, quas meretur sibi, atque uxori latius uindictet. Iam satis comode digressi sumus. Licinius laude non caruit in eo, quod adpellare solebat Eunuchos, & secretiores aulicos, qui fumos uenderent, tineas, & mures palatij.

M. FLAUIVS VALERIVS CONSTANTINVS MAXIMVS PIVS
FELIX SEMPER AVG. CONSTANTII PII FILIUS.

Constantinus natus est in Britannijs, patre Constantio, matre Helena, quam uir coactus fuit repudiare, ut Theodoram priuignam Herculi duceret. Extremam pueritiam, quam parens literis moribus, & re militari fouendam praebuerat, egit sub Galerio Maximiano in Oriente: ab quo iam adolescens missus est cum exercitu contra Sarmatas, gentem ferocissimam, caedibus hominum adfuetam. In ea expeditione iuuenulus plusquam promitterent anni gessit, & praeter opinionem hostes profligauit, atque cecidit. Ducem Sarmatarum catenatum ad Galerium duxit, qui ea uictoria minime laetatus est. Quoniam adolescentem perdere quaerebat, ut olim Euristheus Herculem. Propter eam causam hortatus, ut cum leone in theatro pugnaret. Constantinus auidus gloriae, in certamen descendit, feram pertinacissime uicit. Spectatores miris laudibus efferebant, subridens imperator cogitabat maioribus periculis obijcere. Cum intellexisset Constantinus insidijs se peti, cum fidelissimis quibusdam aufugit, & ad patrem redijt, qui iam antea de filij uirtutibus certior factus erat, & spem haud uanam de illo conceperat. Mortuo patre, regnum Galliarum, Hispaniarumque, & Alpium Cottiarum testamento relictum adcepit. Eum antea pater Caesar fecerat, caelesti nuncio admonitus cum aegrotaret, ut primum Constantinum successorem faceret, qui esset ab tyrannis Romanum imperium liberaturus, & militibus dei opem laturus. Illud constat in initio sanxisse, ut agri, uillae, oppida, quae ad uictum emeritorum contributa erant, ad haeredes transiret. unde milites

militēs sibi magis obnoxios, ac deditos reddidit. Prius ex uetere consuetudine, tribunis, præfectis, comitibus, & ducibus, qui pro augendo imperio consueverant, dabantur agri, uillæq; ut necessaria suppetere quoad uiueret, parrochias uocabant. Cum imperasset in Gallia An. III. in summa laude ubiq; erat, interdum impellente Fausta uxore opinionibus ueterum hæsit, & dijs sacrificauit. Accersitus per literas occultis ferentibus nuntijs ab senatu, Italiam cum parte copiarum petijt. Cum Maxentio conflixit, auspicio fulgidæ crucis uictor fuit, eademq; felicitate sapius Licinium superauit. Victo Maxentio, S. P. Q. R. quod Tyrannide liberatus esset, marmoreum arcum triumphis insignem, inter palatium & Cælium posuit, qui nunc mutilatus cõspicitur. adpellatusq; est liberator urbis, & fundator quietis. exceptusq; est insigni, & triumphali pompa. Hæc laurus Italiã dedit & Africam: fuisseq; his orbis partibus contentus, nisi Licinius ultimi belli ciuilibus causam præbuisset. Verum iam antea Christianis obesse destiterat, solusq; in toto imperio populi Romani cum imperaret, cognomen induit Maximi. Quod antea duo inter tot duces ab rebus gestis non adcepere & Magni dicti, Alexander Macedo, & Cn. Pompeius. Alexãder uero Antonij Pij sobrinus, ac filius adlatum à militibus renuit. Alexandri uero sobrinus, & pater Magnus Antoninus, Pius in monumentis, ut appellaretur mandauit. Indictæq; sunt & adpellationes aliæ, ut puta Constantinus restitutor humani generis, propagator imperij, ditionisq; Romanæ, & fundator æternæ securitatis. Ex Fausta Herculijs quinque liberos suscepit, Constantinũ, Constantem, & Constantium. Helenamq; & Constantiam. Et ex priore, quæ fuit ab eo dilecta, suscepit Crispum. Ante Licinij cædẽ, cum ille priuatus uiueret, Cæsares tris fecit, Crispum, Constantinum, & Licinium iuniorem sororis F. Post bella ciuilia militaris gloriæ semper adpetens, multis prælijs uicit Sarmatas, & Gotos Thraciam diripientes, & omnem ferè Scythicam gentem, quibus & pacem dedit. Barbaræ nationes ob id Augusto deditissima fuere. Constantinus dum hostes habuit, optimis principibus æquandus: postq; ex omni bello lauream adeptus, insolens factus est, amplo indito Maximo cognomine: & certe nõ meruit cæde suorum, ac plurimorum nobilium. Ferunt Faustam Crispum priuignũ, cuius amore capta erat, ad libidinem sapius tentasse, & reuentem detulisse ad maritum illum uoluisse uim inferre, & uirum præstitisse fidem, iussisseq; interfici, cæsusq; est Polæ oppido Istriæ. Post aliquot annos comperta causa, occidisse uxorem. Illud fit uerissimile insidijs Faustæ circumuentum Crispum occubuisse, ne peritia in militando filijs obesset, & propterea post paulo sublatus est Licinius iunior. Non caruit ex eo quod factum est, suspicione Constantinus, quod aliquot, quos nouerat cædis illorum misereri, perdidit. Post quinquennialia quæ Nicomediæ ædificauit, & deinde data sunt Romæ, liber curis suspiciosus, atq; molestus, decreuit animo urbem sui nominis ædificare: & primum in Asia in Sardico agro, post ad Sigeum Troadis, ubi fundamenta iecit. Tertio transtulit opus Chalcedonem, ubi iam muri erecti erant. Sed aquilæ funiculos regulares ter, quaterq; architectis rapere, & transmissio mari abiecerunt Byzantium, periti augurandi

augurandi illò trāfferri urbem iubent. Imperator ueluti dijs monentibus mutauit mentē. Itaq; translati Byzantiū architecti, ductis rite fossis, urbem in medio spacio cōdidere. Condi ccepta est ante. v. Eiduum Mai: sed postq; immortali deo sacra rite perfoluit, conditam urbem Mariæ uirgini, quæ sola est deipara, consecratum dedicauit. Valenti Mathematico cura data, ut inspecto urbis Horoscopo nunciaret de eius ætate: ille respondit opus duraturū annos. DC. XCVI. intelligens quod tamdiu futuri principes rebus imperij nihil essent detrecturi, & tamdiu consilio senatus. Resp. esset gubernanda: post quod tempus Tyranni essent imperaturi, qui Remp. dissiparēt, & ad priuatos Tyrannulorū usus transferrent. Qui totum lac ex uberibus ouium emulserit, agnis fraudans cibum, prædo est, non pastor. Visūq; est propter hoc Byzantium antiquum instaurari, quod ab Seuero, Pertinace ferè totum euersum fuerat triennali obsidione. causa fuit quod Pescennius niger ab Antiochenis adpellatus Augustus, Byzantium cōtra opes Seueri bene muniuerat, & firmis præsijs occupauerat. deinde instauratā deleuere milites Gallieni, ut nullus ex antiquis permaneret incola. Vrbs est Thracia: Claustra pontica uocant: in angustissimo freto Propontidis posita, uelut arx incursionibus Barbarorū propulsandis. Mœnia antiqua ex lapidibus quoquoersus. IIII. pedum ab cōtinente præalta, uersus mare magis depressa: sed par undiq; latitudo, duos habuit portus, utrinq; clufos ferreis catenis: & in frontibus eorum eminentis turres. Constantinus longe firmius muniuit, & multis monumentis exornauit. pleraq; ornāmēta tota Asia & Europa & Aphrica ad eius dedicationem aduecta sunt. Ex urbe Roma genitrice codidem columnā porphyriam transferri iussit, & locari in foro lapidib⁹ strato: & uarijs signis circūdato, & ex Troade æneam statuā Apollinis mirandæ magnitudinis, supposito eius titulo, numinisq; sublato capite suū ad cōmodauit. colūnæq; superposuit, necnō & clauum tormenti Saluatoris. statua post multos annos regnante Alexio, cognomento Comeno, cecidit uiolētia uentorum deiecta: quod tanta moles in illa altitudine consistere non poterat, in ipso casu fracta, multos in foro spaciātes contriuit. Trāstulit ex arce quæ fuerat Ilij, Palladiū, ut credidit uana superstitio, olim cælo lapsum, & Dardanī manibus exceptum. Scutum id fuisse quidam scribunt, ut Romæ ancilia. aliter sentiunt Diodorus atq; Dion: Palladium signum fuisse ligneum & tricubitale cælo lapsum, in Pefinunte urbe Phrygiæ, dextra tenens hastam, leua colum & fufum: & ad eum locum duce boue deuenisse Dardanū, deos rogasse ut signum darēt, statimq; decidisse è cælo Palladium. Alij scribunt Chrysen Pallantis filiam in Arcadia nupfisse Dardano: & signum Palladis, quod Palladium est, secum tulisse ad domū mariti, unā cum signis magnorū deorū, qui sunt penates: & hæc translata in Samothracen, & inde in Frugiam. Nec mirum est in Arcadia contigisse: nā & ibi natus est Iuppiter in oppido, cui nomē erat Creta, è cuius uertice nata fuit Pallas. Stesicorus & Euphorion tradūt sublatū Palladiū ab Vlyffe & Diomede opera Antenoris, cuius uxor Theano Palladis sacerdos adseruabat. Veteres scribūt urbis oēs fuisse sub tutela Palladis, & eam esse præ cæteris

Yy numinibus

numinibus urbiū custodē, & eius sacerdotē Nautiū, comitē Aeneā cum in La-
 tiū nauigaret, eiusq; deinde posteros quoad uiguit dea ceremonijs præfuisse.
 Silius Italicus adserit ab Diomede datū Aeneā. Nostræ historiæ narrāt serua-
 tum fuisse Lauini: postea translātū Romā & adseruatū in templo Vestæ, quid
 aut id fuerit cū penatib⁹ multis uerbis differūt: nemo tamē uidere potuit. itaq;
 in ambiguo est an Dardanus, an Ilus susceperit, fuerit ne lignēū an aeneū, si-
 gnum aut scutū, & remansisse Ilij, an aduentū Romam, nemo est qui adfirmet.
 ubicūq; fuerit, inde Cōstantinus ferri iussit Cōstantinopolim, & locari in foro.
 credibile est fuisse simulacrum, ut uox indicat. Palladis em̄ statua ubicūq; fue-
 rit, Palladium dicit̄. Hieronymus ait Cōstantinū nudasse urbes, ut Cōstan-
 tinopolim ornaret, ut in foro Traiani ornando priores fecere principes. nec illic
 cōstitere ornamēta sæpius irruētibus Barbaris, præsertim Getis. urbem suā titu-
 lis honoribus Nearomā habendam censuit, & lege sanxit: illuc deductis multis
 antiquorū RO. familijs, & liberā fecit, cum antea lege Seueri sub iure Perinchi-
 orum esset. XXX. Imperij an. tricennalia dedit. In quibus mutata mente cū pœ-
 niteret eius quod fecisset in adfines, Dalmatiū Anaualliani fratris F. Cæsare fecit,
 & unā cum filijs hæredē statuit. Hic Dalmatius cum imperasset an. III. fa-
 ctione Constantij in oriente à militibus occisus est: & eodē anno multi nobiles
 cæsi cum Alladio præf. prætorio. Cum libelli dati essent de erroribus quorundā
 episcoporum, manu adcepit Cōstantinus, & proiecit ad ignem, adserens nolle
 de episcopis decernere: ut qui in ea autoritate & ueneratiōe sint, peccare nō pos-
 sunt. Helena Augusti mater, quæ totā se dederat nostræ religioni, octogenaria
 diem obiit. Filius in templo. XII. apostolorum cōdidit. ibi enim cōmune sepul-
 chrum sibi posterisq; suis fecerat. Iam senex Persis Mesopotamiā diripiētibus
 bellum indixit. paratas ad hoc opus copias eduxit, dassecq; transuexit. Ipse So-
 tiropolim urbem petijt, quæ Pythia ante uocata est, ut aquis calidis senile cor-
 pus foueret, uiribus pro ætate conseruādīs, priusq; se ablueret, medici Pharma-
 con dedere. Ministri corrupti precio (ut scribunt) ab adfinibus, nocua immiscu-
 ere, ille intrepidus poculum ebibit: post paulo incidit in morbum, quo ingraue-
 scente ductus est in uillam publicam propè Nicomediam. Interea Cōstanti-
 nus, qui copias omnes Antiochiæ cogebat contra Parthos, cum adcepisset de
 patris aduersa ualetudine, Nicomediam aduolauit, ut pater diligentius curaretur.
 Medicorum fomenta nihil profuere. intrinsicus absumente ueneno mor-
 tuus est: & ab Nicomedia Cōstantinopolim regale perductum est funus, co-
 mitante filio Cōstantino, & cum genitrice sepultus. Iulianus in oratione de Cæ-
 saribus scribit, Mercurium interrogatum à patruo Constantino quis esset mo-
 dus boni principis, respondisse, Regem oportere multa possidere, & multa im-
 pendere. Cōstantinus in initio bonis principibus similis: post bella ciuilia ue-
 lut omni metu liber, contra ius equitatis plerosq; occidit, minime suis parcens.
 & liberalitatis Augustorum immemor cœpit esse parcus, & interdum nimis te-
 nax, gloria tamen adpetens militaris, rebus gerendis fortunatus & felix. quod
 prouenisse ex eo fertur, quoniā fidei Christianæ plurimum fauera t. mirumq;
 est cum

est cum deditissimus fuerit, lauacrum renascentis uitæ in extremū uitæ suæ tempus distulerit: ut existimo, uolens id in Iordane, iturus cōtra Persas, efficere. baptizatusq; est ab episcopo Nicomediensi. Illud in eo principe laudabile memoratur, quod si quos ex uulgo priuatus dilexit, opibus honestauit, nō dignitate prætoria, aut cōsulari, uti priores principes, nulla habita honoris ratione, fecerūt. Cumq; fuerit armorum studiosissimus, eloquentiæ expers non fuit, ac philosophiæ, & in disserendo satis adcuratus. Dicere frequēter solebat pro utilitate Reip. Imp. non debere labores recusare, & partem corporis recidendam si remedium non admitteret: sin cōtra, fouendam. ea similitudine notabat malos homines, qui emendari nequeunt. Vix. an. LXVI. Imperauit. XXXII. minus mensibus duobus. Quidam tradunt Constantinum orbem hæredibus testamento diuississe: quidam filios sorte fecisse.

DIVISIO IMPERII ROMANI.

Constantino obuenerunt Gallia, Hispania, & Alpes Cottia, Britannia, Orcades, Ibernia, Thyle, Constanti Italia & Africa cum insulis, Illuricum, Macedonia, Achaia, Peloponesus, Græcia. C. Constantio oriens & Thracia, cuius caput Constantinopolis. & cum eo Dalmatius imperauit in omni actione patruo quàm patri similior, sed uirtus obfuit. Nam factione Constantij patruelis, ut diximus, seditione militari interfectus est. Cū imperasset an. III. neq; prohibente, neq; iubente Constantio: sed credibilius est huius clandestino consilio facinus peractum fuisse: Cōstantinus qui in Gallia imperabat, minime cōtentus, legatos misit ad fratres, petens ut fieret noua diuisio. & cum non proficeret, post longas querimonias filius opibus Gallicanis, & equitibus Hispanis, & Alpino pediratu, bellum ciuile cōtra ius & fas mouit, & primum inuasit propinquas regiones. Constans tunc erat in Dacia pugnans contra Getas & Sarmatas. Cōstantinus ad Aquileiam peruenerat. Cuius in agro obuia fiunt milites à fratre missi, qui conatum repellerent. & cum ille longe uiribus præstaret, quia per summum nefas arma ceperat, incautius concreditur, lapsusq; est in insidias, quibus exercitus circūuentus in medio cæditur. Equus principis, uulnere ictus sessorem Constantinū deiecit. Cum iaceret humi sine purpura incognitus, multis ictibus cōfossus est. Imperauit triennio nondū finito. Vixit an. XXV.

Constans post meritam cædē fratris omni conatu superatis Alpibus Galliam intrat, uariocq; euentu pugnans biennio partem fratris adsecutus est. præfuit aliquādiu ut bonus rector, post siue debilitate naturæ, siue amicis suadentibus, animum ad delicias flexit, ex quo in leues articulorum incidit ægri tudines: quæ hominem reddiderunt difficilem, morosum, austerum: unde factus est prouincialibus grauis & militibus inliberalis. ea causa seditionem peperit. Erat in exercitu Magnentius comes ordinum Augustæ, urbs est Germania. conuiuium militibus exhibuit à mane ad uesperas more gentis. inde cubiculū ingressus, statimq; egressus est indutus purpura, multis satellitibus cinctus: qui conscij non erant. coacti sunt adsentiri: abiectq; cum omni turba in prætorium, & donatiuum dedit, positis custodibus cauit ne quis rem aperiret aut referret.

Yy 2 Constans

Constans quærens mitigare tedia articularis morbi, ubicūq; fuisset uenatibus operam dabat, & ad syluas diuertebat: ubiq; cū formosis pusiunculis ludebat, & bacchabatur, etiam fruēs illorū tenera ætate. Ad eum missi percussores, qui insidiarentur, offenderunt Constantē uenatione fessum quiescentem: ingressi tentorium nihil tale cogitantem interficiunt. Quidam dicunt eum uigilem cognouisse parricidas, & abisse in propinquū templū, & insignia imperij deposuisse, & ab altaribus tractum cæsum fuisse. Scribunt eius horoscopum inspectū à Mathematico, qui dixit periturum gremio genitricis, nam Helena auia, mortua Fausta matre Constantini, filios nutriuit, & ut parens. Constans si exemplo Ciceronis didicisset, non armasset in suam cædem Magnentium. Opilius Lænas reus capitis, M. Tullio defensori caput abscidit. Magnentius seruatori suo mortem intulit. Nam cum milites exorto tumultu in Illurijs occidere uellēt obiecto paludamento Imperator texit ac seruauit. Discant igitur qui legerint, illorum misereri, & illos tueri quorum uirtutes cognitās habeant: aliter pœna quam illi propter flagitia meruere, in defensorum capita resilit. Pauci præterea reperiuntur qui norint gratificari. Vixit Constans an. paulo plus. xxx. Imperauit. xiiii. Milites trucidarij & cōiurati, Magnentium Imperatorē salutāt. Cū hæc nunciata essent, Romæ Nepotianus imperator à populo & Mirmillonib⁹ factus. Heracides senator fautor Magnentianæ factionis populū decepit: factaq; proditione Nepotianū Augustorū sororis filium, quē gladiatores cingebant, simulās uelle cum eo loqui, obtruncat. Caput pilo fixum per urbis itinera deportatum est. Imperauit dies duode. xxx.

MAGNENTIVS.

Magnentius Comes duorum ordinum dolo imperator factus, Constantis nomine literas scripsit, sub illius signo, ad eos qui præerāt uel cohortibus uel urbib⁹, qui statim ad Imp. uenirēt, quos in itinere cædi iussit, ut nō esset qui motū faceret. iā & Roma cesserat: eius enim factio plurimū ualebat. Constantius tunc in oriente aduersam fortunā cōtra Persas experiebat. Igit̄ ingēti agmine Italiā petit, & Mediolani diu immoratus, fratrem suū Decentiū Cæsarem fecit, misitq; cū exercitu uti Gallias tueret. iāq; rota Italia & Aphrica Magnentij erāt. Factio Illuricorū duce Brittānionē cū nouo impatore sentiebat. ad Cōstantiū legatos misit cū literis, uti oriēte & Thracijs cōtentus esset: q nihil respōdit. Cōstantius Gallū patruelem Cæsarem fecit, & reliq; in oriēte. ipse Hesperios petijt uictur⁹ fratris cædē. sed ne sua Roma bello ciuili uexaret, misit ad Magnentiū, cōcedēs Galliā si arma deponeret. tyrān⁹ sperās uincere, nō paruit. ideo ambo ad pugnā se parāt. Magnētio priusq; cōgredere, Maga cōsuluit, uirginē iugulare. & cruore uino miscere, potādūq; militib⁹ præbere (mos est imaniū Barbarorū cū aliqd secretius agūt) Ipsa interea carmina pagebat: post hæc pfana sacra. fit pugna utrinq; magnis copiarū uirib⁹ ad Murfam. uicit Cōstantius magna hostiū & suorū strage. uerū hostes ad multā partē noctis cæsi. Tyrān⁹ dimisso eq; & insignib⁹ in abitu eqtis aufugit, equū suū reliq;: ut q uiderent, existimarent

marent sessorem esse mortuum. Victor imperator die sequenti conscendit tumulum, ex quo tota planities conspici poterat: quam cum uidisset repletam cadaueribus, ingemuit. caesa fuere supra. LIIII. milia pugnatorum. omnes caesi iussu principis sepulti sunt: qui uero uulnerati non perierant, uictoris beneficio curati & conseruati. Exercitus Tyranni fuit ex. xxx. milibus: Constantij uero LXX. milium pugnatorum habuit. Periere illinc. xxiiii. hinc propè. xxx. Ea pugna ad trita fuerunt imperij Ro. uires. nam ij qui caesi, & numero & robore ad quauis externa bella satis fuissent. Magnentius postq̄ in tutum locum se recepit, reliquias profligati exercitus collegit, & nouo milite suppleuit, cupidus rursus aleam dimicationis tentare: & priusq̄ experiretur, misit unum e senatoribus grandem natu ad Constantium, quod uellet omnibus praeterquam Gallia. Constantius hominem reiecit, opinatus illum speculatorem uenisse. Post misit episcopos, nihil prouinciarum quaerens, sed tm̄ ut liceret militare ducis titulo, quibus nihil responsum est. Quod cum adcepisset exercitus Tyranni, pleriq̄ milites abierunt ad uictorem. Tyrannus intelligens sibi dimicandum fore, exercitum ex copijs Gallicanis reparauit: misitq̄ dum milites cogeret, aduetum parricidam multis pollicitationibus Antiochiam, qui Gallum confoderet: ut illo caeso Constantius relictis rebus Hesperiae cogeretur orientem petere propter Persas. Cum trucidarius Antiochiam peruenisset, domum cuiusdam uetulae diuertit adpositam fluuio Oronti, qui labitur per eam urbem. Orontes antea dictus Ophites, post ab filio Cambyse regis Persarum ibi submerso uocatus Orontes. Hic in coena post uina rem comunicauit cum paucis, quos inuitauerat, minime expauescens mulierem aetate confectam. illa clam se proripuit, & quod audiuerat, ad Gallum retulit: qui statim omnes comprehendi iussit atq̄ necari. ubi quaestioibus ordine suo negocium aperuerunt. Magnentius quia tale consilium irritum fuerat, rursus praeliari statuit. Victusq̄ est, & aufugit Lugdunum. Comites ut uictori grati essent, consilium ineunt Tyrannum capere, & Augusto tradere, ille ubi se custodiri cognouit, cum fugae locus deesset, furorem simulauit: & primū fratri Desyderio uulnera intulit, quae non fuere letalia, post interfecit quosdam amicos, tandem se confodit. hic exitus fuit ingrati hominis. Decentius Caesar, qui Gallias tuebatur, audito fratris casu, sibi metuens, laqueo apud Senonas usus est, Desyderius adcessit ad Constantium, ab quo liberaliter exceptus est. Geruntium Magnentianae factionis comitem, exilio uictor multauit dum in Gallia esset.

BRITTANNION.

Brittannion ante Tyranni pericula, quo cum conuenerat, & imperator ab Illu-
briciano exercitu adpellatus Mursae quo tempore & Nepotianus Romae
posita purpura & Gallica ueste indutus, Constantium adiit, & obuius uenien-
ti factus est in Thracia, obuolutis pedibus ueniam petijt & impetrauit. Impe-
rator senem ducem amplexus, patrem eum uocauit, & coenae adhibuit, ab quo
multa de Magnētio intellexit. Deinde iussit abire Prusiada Bithymniae caput,
& propinqua oppida uoluit ut ad uictum senis contribuerent, qui plures mini-

Yy 3 stros secum

stros secum ducens, illic magna quiete uixit an. VI. post decessit.

SILVANVS.

Siluanus Bonitij F. in Gallia natus, qui bello Liciniano clarus sub Cōstanti-
no, Tribunus sub Magnētio fuit, post defecit ad Cōstantiū, ab quo missus
in Galliā est. Imperator uero qui calūnijs aures facile præbebat, successus ei⁹ su-
spectos habuit: quærebat igitur insidijs circūuenire. Siluanus ubi adcepit, pro
cōcione questus est, ita à militibus Cæsar adpellatus, ad hūc motum opprimē-
dum mittitur Vrsicinus, qui pecunia tribunos Siluani corruptit ut occiderent.
Agrippinæ igitur de industria, factō tumultu cæsus est. cuius cæde tam magno
gaudio exultauit Constantius, ut ferè insanus haberetur. præfuit paulo plus
II. mensibus.

GALLVS

Gallus natus est in Massa Veternensi, patre Constatio, fratre Magni Con-
stantini, matre Galla, Rufini & Cerealis, qui cōsulares erant sorore. ac liber-
raliter educatus feros mores uincere nō potuit, profectus ad orientē cōsedit An-
tiochiā, ubi stimulante uxore omne genus sæuendi expertus est. Illud uero ne-
fandū & abhorrēdū: noctu cū satellitibus incognitus errabat per lupanaria &
tabernas, explorās submissa uoce Græco sermone, quid de Cæsare sentirent, &
notabat singulos qui oblocuti fuissent: post aliquo reperto signēto trucidabat:
quod antea in urbe Roma fecisse Gallienū memoriæ proditum est. utrūq; ux-
oris stimuli exagitabant, missus est ad eū Domitianus præf. prat. ab Imperato-
re, qui de sceleribus Cæsaris iam senserat, uti cū Gallo secretius ageret, & psua-
deret uenire ad principē. quod cum parū proficeret, addidit mandata & minas:
indignatus Gallus hominē cōprehendi iussit, & custodiæ tradidit. Montiuū etiā
quæstorē, qui tale facinus nō probabat, coniecit in uincula: suadente uxore am-
bos per forum tractos & uerberatos in fluuiū proijci mandauit. Quod ubi ad-
cepit Imperator, misit qui Gallum adducerent. Ille uxore Constantiam ire ad
fratrē iubet, placaturā eius indignationem: & hæc in itinere decessit. Cuius mor-
te audita Constantius edicto Gallum dignitate priuauit, exilio dānat: & ne lon-
gius rem protrahat (omnē autem eius securitatē in morte Galli posuerat) per-
cussoribus mandat iuuenem obruncare. Hi fuere Seruianus reus maiestatis,
paulo ante absolutus, & Pentadius notarius, & Apodemius: qui presso Gallo
& uti noxio manus post terga reuincto, ceruicem absiderunt. In foro truncus
relictus est. post paulo q̄ illi missi sunt, pœnituit Imperatorem, & destinauit ci-
tissimos qui prohiberēt, & ij retēti fuerūt ab Eusebio Eunuchō. Is em̄ erat præ-
positus cubiculi, cuius consilio princeps ferè omnia agebat: q̄uis Gallus merue-
rit pœnas dare. Imperauit an. IIII. Vixit unde XXX. Constantiæ corpus dela-
tum ad urbē, & in suburbano uia Momētanæ post primum lapidē sepulchro
maiorum inlatum est. Constantius in oriente aduersa fortuna res gessit: hostis
enim semper superior fuit. An. XI. imperij Persica palma præcepta semel est te-
meritate militum ad Singaram. nam octies cum hoste cōgressus, & in hoc præ-
lio cum uictoria pro eo staret, ad hostes transijt non sine graui uulnere: amissa
est Singara, & Bizabda & Amida. cū adcepisset de fratris cæde, dubius agebat
permaneret

pmaneretne cōtra acerrimos Persas, an ad uindicā Europā remearet. Sapore
 Armenias uexabat. Iāq; Nisibim obsedit, quā urbē Luculli arma, iuris Roma-
 ni fecerāt. q̄ tpe Mitridates Pōticus ad opē Tygranis foci cōfugerat. Nisibis
 urbs est Mydonia: sic adpellauere p̄xima Syriā Macedones, a n̄ris dicta An-
 tiochia. huic cū capta fuit à Lucullo, praeerat Guras Tygranis frater, quē Roma-
 nus dux apud se honorifice tenuit. Barbari Nisibim, Antiochus Antiochiā no-
 minauit. Expugnāda urbi intētus Sapore bellica tormēta admouit. Alueū flu-
 uij qui mediā secat urbē, aliō ductis fossis deduxit. sed ex hoc nō obsuit
 ppter frequētes illic fōtis puteosq; q̄ satis suppetebāt. Cūq; hoc nō pcederet, oc-
 cludit meatū fluminis, deinde emisit, unde impetus aquarū subuertit partē mœ-
 niū. Nisibēses noctu citissime obstruxerūt tabulis, trabibus, & terra. eū inluxit
 dies, rex uetitus ab expugnatione re infecta mœstus abiit. Nisibēses muros in-
 staurauere. In hac expeditione rerū amisit. xx. mil. hoīm. Massagetā absentia
 regis ex superiore parte Persida inuaserant abigentes prae d. i. Rex regno tuendo
 pperauit. Constantius subsidiarios milites misit. Nisibim & mœnia firmari ius-
 sit, inducias cū Sapore fecit. & priusq; Europā peteret, Gallū patruelē Cæsarem
 p̄nūciauit: iūxitq; ei matrimonio uxorē Constantiā sororē suā, praefecitq; co-
 pijs oriētis. Ipse cōtra Tyrānos pperauit, & pacē ubiq; fecit. & cū undiq; in Eu-
 ropa late uictor esset, sedatis bellis ciuilib⁹, ludos Arelatae dedit añ .v. Eiduū
 Octob. Quo die imperiū sumpserat, Italiā uenit, Mediolani cōstitit: & inde ut
 Gallijs subueniret, Iulianū patruelē adoprauit, misitq; in Gallias cū paucis mi-
 litibus. ipse petijt urbē comite Ormisda regis Perfarū filio. nobilitatē urbis &
 maiestātē admiratus est. Nobilitatē stās audiuit, uulgus sella curuli sedēs in fo-
 ro, & qm̄ hostes praeter Persas deerāt, suis manib⁹ scripsit, Cōstātius totius ori-
 bis dñs: infanior Domitiano, q̄ inscripsit, Dñs & deus uester Domitianus. hui⁹
 aemulus cœpit odio habere uiros claros. cū opa urbis intueret, ardor incessit sta-
 tuā equestrē erigere similē illi quā Traiani erat, in eius atrio. & Ormisda q̄ po-
 nē sequebat, mentē aperuit. At ille subridēs r̄ndit, prius oportere stabulū fieri
 molis equi capax. Impator cōticuit. Locus admonet de Ormisda inspicere. Nar-
 ses plures habuit more Persico uxores. ex inlustribus suscepit Adarnassem, Or-
 misdā, & Narsē. Ex humili generis uxore, uerū supra ceteras formosa, genu-
 it Saporē. Adarnasses successurus erat, q̄a maior natu, sed coronā nō adsecutus
 est ob ingenitā sauitiā. Mesopotamij tentoriū ex corio camelorū intexto auro
 arte Babylonica, dono miserūt ad Narsē. filio dedit Narses, & interrogauit an
 placeret. R̄ndit Adarnasses, magis ei placere si imperaret, quod ex hoīm corijs
 lōge pulchrius factururus esset. hui⁹ uocis memoria, & alia crudelissima quā in ini-
 tio regni fecit, regnū abstulit. Ita q; oibus praepositus cōi cōsensu Perfarū Sapo-
 res, qui cæso illo Narsē fratrem luminibus priuauit, Ormisdā in uincula cōpe-
 git. Huius uero mater & soror & uxor, corruptis pecunia custodibus, carcerē in-
 gressā limā iuueni dederunt, quam secum tulerant. quo instrumento fibula cō-
 pedū dissoluta est. Vbi opus peregit, illā pingue conuiuiū custodibus exhibu-
 ere: qui dū cibo & potu graues quiescunt, Ormisda aufugit, & in castra Roma-

Y y 4 norum uenit

norū uenit ultimis Cōstantini Magni annis. Sapore re intellecta uxorem se-
 qui maritū iussit. Ormisda bello ciuili à Constantio præpositus est turmis equi-
 tum. Fuit enim uir fortis accertus iaculator, nunq̄ iaculum frustra emittens,
 ante designans quo esset iaculaturus. bellis Europæis eius claritudo omnibus
 nota fuit, & magnam sibi laudem propagauit. Constantio redeunti ad orien-
 tem, legati Saporis occurrunt ad Sirmium, petentes restitui Mesopotamiam
 & Armenias, aliter pax non esset. Constantius Augustus ad hæc rescripsit, Per-
 sas seruisse Macedonibus, & Macedonas seruire Romanis: hac ratione iniuria
 petis. Mesopotamiam maiores nostros cepisse: Persas inrupisse latronum oc-
 cupantium more: Armenias cecisse Ro. imperio uicto Tygrane: contra quem
 iustum bellum gessit L. Lucullus, qui Mitridatem hostem populi Romani ho-
 spitio, & adfinitate fouendum exceperat: & ipsum Mitridatem nulla contume-
 lia lacessitum, sponte iniurijs ac cædibus adfecisse Romanos, & Persas inrupisse
 sæpius in Armenias, & à patre tuo Narse non bello occupatas, sed insidijs in-
 terceptas, qua de re desine hæc petere, quæ nostro iure tuemur: pacem quam pe-
 tis minime, sed conditiones eius recusamus. Sapore lectis literis bellum mo-
 uit. Nisibim frustra obsidione tentauit: nam inde repullus est. Post in alias ur-
 bis profectus, tantū Amida potitus est, quæ non satis firmo præsidio teneba-
 tur: eam solo æquauit. Ea res coegit Constantium consortē eligere, censuitq; ad-
 cersiri Iulianū patruelem, Galli fratrem, quem adoptauit pro concione ad mili-
 tes, & Cæsarem fecit. Nō me præterit qui sub Constantio militauit, scribere Iu-
 lianum adoptatum fuisse in Gallia Cisalpina, propter inruptionem Germano-
 rum, qui Gallias uastabāt, ut ab rapinis hostilibus Gallias, quas præcipue ama-
 bat, liberaret. Alij scribunt Athenis adoptatum, ubicunq; fuerit, ad sensu milita-
 ri purpuram induit ante diem. VIII. Eiduum Nouemb. Arbitione & Lolliano
 COSS. & Galliā missus, priusquam proficisceretur, Helena Constantij soror ei
 iuncta matrimonio est, & quia periculum imminebat, Calen. Decembr. egres-
 sus cum exiguo supplemento, deductusq; est per aliquot milia pas. ab Aug. ma-
 turauitq; iter Taurinos uersus. Ferunt consilio Eusebij, quærentis perdere totū
 genus Constantini, paucos milites fuisse datos Iuliano, ut ab hostibus occide-
 retur: quod illud præcipue indicat, quoniam obfesso apud Senonas auxiliū nō
 misit. Secus euenire enim bene gesta in Gallijs sæpius hostes profligauit, ul-
 tra Renum coegit, multos captiuos abduxit. XI. ferè milia nostrorum, qui belli
 iure seruiebat, ab Alamānis recepit, & propè Argentoratum urbem Galliæ to-
 tum ferè Alamannorum exercitum perdidit. Iam inde Barbaricæ cladis moni-
 mentum habuit: quod nisi cōtigisset, urbs minime nota in obscuro esset. & præ-
 ter omnium opinionem, in solo hostili multa prædara gessit. Cumq; eius suc-
 cessus felix haberetur, non caruit calumnijs apud Augustum. & erant qui ad-
 pellabant eum loquacem talpam, alij purpuratam Simiam, alij Græcicum
 Literionem: & erant qui mollem Asianum, Græculumq; fallacem, & sub specie
 sapientiæ stolidum. Constantij enim aures ad fidem præstandam faciles pro-
 næq; erāt, quod cū sciret Iulianus, ægre tulit: & metuit ne idem sibi, quod Gallo
 fratri,

fratri, eueniret. ideo iam tunc coepit cautior esse, & post uictoria ingentis pugnae cum hostiu pemptoru magni acerui essent cadauera in fluuiu proiecta, concordia ad sensu uictoris exercitus uocatus est Imperator, & inde Augustus. nomen Augusti p̄tinacissime renuit. hinc tumultus militu fuit. nudatis ensibus cogētiū meritū cognomē adcipere. Ita q; ut illi quiescerent adnuit. non reperiēbat diademā. facere tentauerūt ex mundo muliebri. Iulianus uetuit, adserens nō esse boni euetus auguriū. Tribunus coronā adtulit nō longe differentē ab corona, quae solet in Xylto uictoribus dari. Marcellinus scribit Maurū comitē ordinis detra xisse sibi torquē. Draconarius em̄ erat, & capiti principis aptasse. Post uero usus est diademate micantibus gēmis exornato. foedus cū Alamānis percussit. illis restituitibus ablata. Deinde misit ad Cōstantiū, Pentadiū quendā magistrū copiarū cū literis, in quibus erat tātūmodo Cæsaris titulus. Sūma literarū hęc fuit. Milites sapius uictores, & qui diu pro rep. pugnauerūt, ut præmia laborū & diuturni sudoris petere possent: me, licet repugnātē, Imperatorē appellauere. Nō ignoras antiquæ consuetudinis esse, qui sub ducibus ac Cæsaribus militant, nō licere præmia Romano iure poscere. quia ea causa iusta censi debet, te exoro, qui cōmunis es parēs, ut æquo animo ad cōmunionē imperij me patiaris: ne miserī milites frustra effudisse sanguinē uideant. Addebat in fine se polliceri miserū certatores equos ex Hispanijs, & promptos milites ex Gallijs. id quidem erat annuū tributū. Erat Cōstantius cū adcepit epistolā Iuliani, Cæsareæ in Capadocia. ultra solitū excanduit. Cæsareæ ante dicta Mazaca, est posita in radicibus Argei montis. & nihil rescribens edixit expeditionē cōtra Persas, pro qua orientē petierat, ita suadētibus qui utilitatē Reip. quærebant. eius animus cū legit literas, præceps fuit uertere copias cōtra Iulianū. post paulo legatos placide abire iussit, quibus cū misit Leonā quæstorē cū mandatis, cui & literas dedit: in quibus admonēbat iuuenē, ut Cæsaris nomine cōtentus Augusti maiestātē poneret. Leonas Parisijs exceptus honorifice est. & postq; in campū cum armata multitudine stans pro tribunali, uelut cōcionaturus, literas Imperatoris legit, cū uentū est ad Cæsaris nomē, omnis turba clamitare coepit: Iuliane Auguste Salue: Iuliane Aug. dij te seruēt: Iuliane Aug. dij te sospitēt. Postea unū ex his quæ mādauerat Cōstantius, actū est: hoc est Nebridiū præf. præf. factū, submoto Florentio. & hoc minime processisset ni Iulianus ex sua sententiā prouenire diceret. Iulianus, ne ardor militum frigeret, legatos rursus ad Cōstantiū mittit, ipse profectus est ad limites Germaniæ. Imperator interea aduersit Arfacem regem Armeniæ uti fidus cum Romanis perseveraret, neu fallacijs Persarum animaduertent. post misit ad reges Transygritanos, ut in fide permanerent, ne deficerent ad Persas. Iulianus ordinatis in Germaniā rebus, statuit Viennæ hyemare. Nō desunt qui scribant mandatum fuisse Leonæ, ut obijceret beneficia Imperatoris Iuliano, ut homini ingrato, & illum quæstum etiā de Constantio de cæde parētū ac fratris, & inuocasse ulctores deos, deinde iussisse abire oēs ab exercitu q dicta Cōstantij p̄barēt. At uxor Cōstantij Augusti moriē, & ducta est Faustina, utraq; forma pulcherrima. sed illa mœsticia ac dolore interiē impotētia Genialis tori. Cū ad bellū ciuile Iulian⁹ se pararet, existimās

Constantiū

Constantium nuncq̄ ad concordiam uenturū, uxor eius Helena moritur. Iussit corpus Romam perferri, & sepelire in suburbano Momētanae uia, ubi antea Constantia soror sepulta erat. Falsum est quod iam pridem uxorem expulerit, quæ castissima erat. Iulianus fertur dixisse militibus, ut se pararent contra Constantium, priusq̄ ille aduersus se moueret impetum. In ipsa expeditione, quia multi erant in exercitu Christiani, iussit uti quisq̄ coleret quos uellet deos. Ipse uero, ne ab fide abhorrens animos militū alienaret, ingressus templum in natali Saluatoris, ut alij dicūt, in solenni Epiphaniæ: & unā cum cæteris adorauit, & diuinis rebus interfuit. Post ut se corrigeret, dicebat se properare ut coniungeret exercitus, & præsciret quo die esset imperator moriturus: ut per nocturnā quietem præmonitus erat, quando uocē audierat: cū Iuppiter erit in fine aquarū, & Saturnus in .xxv. parte uirginis, Constantius dominus Asiæ morietur. Cum ex Antiochia peruenisset Tarsum Imperator Aug. ut Iuliano obuiā iret, incidit in febriculam semper equalem. ratusq̄ est gestatione aboleri. uetus lectica est per inuia itinera usq̄ ad radices Tauri montis: ibi in statione quadā, quæ adpellatur fons Mopsi, Græcæ Mopsocrenis, intrinsecus exurente calore, febris aucta est, adeo ut corpus tangi nō posset. Hic cum deficeret, successorem statuit Iulianum, post paulo mortuus est ante. III. noñ. Octob. Vixit an. XL. & paucos menses. Imperauit an. Iulianus ubi adcepit de morte Constantij, citissime petijt Constantinopolim. Corpus principis cōditum in loculo, Iulianus qui post imperauit, domesticorum protector, cum regia pompa Constantinopolim perduxit, & sepulchro maiorum intulit, interq̄ diuos relatus est. Prope finem uitæ se palam adculare solebat, quod occisor suorum fuerit, quod Iulianum Cæsarem fecisset, & quod in noua credulitate numinum esset. Natura debilis ad cohibitū fuisse tradit. in uictu parcissimus: lata lege uetuit phasianum & sumē conuiujs inferri. nuncq̄ spuisse memoratur. In iudicijs iustus & moderatus, si secretiores consultores nō habuisset, ad iram tardus, bellis ciuilibus fortunatus, Perficis semper infelix. Sarmaticis uariis, bis Sarmatici cognomen inscripsit. Nam cum Sarmatis Dacis, & Quadis fœdera feriret, & in suggestu orationem haberet, Barbaris male audientibus quod ad hoc opus adlueti non erant, unus è Quadis secessit, & stercore alterum è calceis repleuit, sub ueste tulit, & propius adcedens in uultum concionantis proiecit. Id dedecus mereri putato, qui inter rusticos aut philosophari aut rhetorice loqui uolunt. In fide semper fauit Arrianis, quorum causa Synodum habendam præcepit. statuta est conuentus dies. Imperator indignatus erat, quod mandauerat Alexandro episcopo nouæ Romæ, ut in communionem exciperet Arrium. cum tota factione & Alexander negauerat, qui prostratus orabat ne sineret deus à pernicioso lupo suum ouile corrumpi. Tempus adpetit. Arrius cum argumentosis syllogismis ingressus est, fauente Eusebio Eunucho. & in initio, priusq̄ pudendum os solueret, correptus ciliaco dolore, secessit ut onus uentris deponeret: & cum niteretur uī expellere, unā cum stercore animam omisit. Hūc finem meruit homo perfidus, ac malignus, qui uenenum in urbe dei latius sœuit, aconito uehementius: unde

mētius: unde geniti in fide saluatoris ignes inextinguibiles, quibus Asia, Aphrica & bona pars Europæ fidelibus & iuxta credētibus erepta sunt. Præfuit Alexander an. XXIII. Succesit Paulus homo iustus, quem Constantius consilio Eusebij Eunuchi submouit. & in eius locum subrogauit Eusebium episcopum Nicomediensem militem Arrij. Paulus ad urbem Ro. se contulit, petijtq; ab episcopi Ro. autoritate restitui in suam dignitatem. & quoniam uitæ sanctitas merebatur, ab Iulio Pont. in sedem restitutus est. Constantius indignatus, hominem exilio prius mulctauit: deinde minime cōtentus, interfici iussit. Qua de re hæretico Arriano succesit Macedonius Arrius. Hoc in loco digredi nō ineptum putemus, ut scilicet ostendamus episcopum Romanum caput catholice fidei semper fuisse. Roma ipsa terrarum dea, & gentium regina poscere uideatur dei sedes & imperij generis humani. Sed ubi noua Roma presentibus Augustis lacertos extulit, absentia principum, nostra Roma paululum immutata: utraq; tamē urbe principatum sibi uindicante: nescio quo fato, præfectis obtemperauimus, & aliquando Augustulis. & sæpenumero regibus Gotthorum. Itaq; per ea tempora episcopalem maiestatem, nutibus imperatorū Constantinopolis sibi usurpauit. Nos uero non cessimus, sed passi fuimus, ne ita principum obesset, qui urbis sacratissimæ dignitatem Barbarorum prædæ reliquerant. res non potuit diu differri. Phocas imperator. totius maiestatis decus iniuria ablatum restituit, & publico decreto sanxit. nam pleriq; episcopi Constantinopolitani male usi autoritate, prauis opinionibus fidei simplicitatē turbauerant. Romani uero Pontifices semper habiti Orthodoxi & iustissimi, ut ipsi Græci in historijs tradiderunt. Episcopus igitur Romanus. & diuino iussu, & humanæ rationis uinculo, generis humani parēs & princeps est. Nam illud perpetuo mansurum quis dubitat? Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meā. Constantius eques optimus & certus iaculator, eloquens, & carminibus cōponendis aptus: quod fuit in suos ferus, non caruit exemplis, quod sic fecisset Callicula, Domitianus, & Cōmodus, & F. Seueri Antoninus: in cæteros ut Gallienus, qui tormentis adigebat homines fateri quod uellet. In Gallijs & Pannonijs triumphales arcus erexit, magno prouincialiū dispendio.

FL. Cl. Iul. Iulianus natus est Constantinopoli, patre Constantio Constantini fratre, matre Basilina, nobilissima scemina: forma liberali, ingenioq; ad literas, & ad arma satis adcomodato. Mater grauida somniauit se pariturā Achillem: excitata, marito narrauit. peperit anteq; pariendi tēpus sentiret. hinc parentibus bona spes de filio fuit. datusq; est & initiandus & erudiendus Eusebio episcopo Nicomediæ. Primo bonæ indolis puer adparuit, utinam non habuisset rhetorem Libanium: ab quo ita institutus est, ut prætermissa ueritatis cognitione, puerilem animum ad antiquorum credulitatem flexerit. Itaque sub illo immutatus est, Mercurium præponens cunctis, non caruit tamen in cæteris laude: similis existimatus Tito, ut frater Gallus Domitiano, bellorum successibus comparatus Traiano: res ei fuit cum ferocibus Germanorum populis, ut Traiano contingit, nondum principi: dementia Antonino, moderatione

moderatione M. Aurelio, literarū studio magnis philosophis. Cumq; his ad-
 suctus, soporiferæ quieti multū detrahens, infomnes noctes aliquādo, cū utili-
 tas Reip. posceret, ducebat: & musis uigilias impendebat: nulloq; adhibito re-
 medio, minimo strepitu excitabatur. Philosopho uenienti statim occurrebat, ne
 ab literatis rusticitatis reus citaretur, memoria plurimū ualuit: in rebus gerēdis
 optimos imitabat principes: in re uenerea citra oēm suspicionē uixit: modesta
 liberalitate semp̄ usus: Eunuchis & Pantomimis & Morionibus nihil unq; lar-
 gitus. Illud incredibile dictū, postq; solus impauit, hostes populi Romani in-
 tra suos terminos se cōtinuerunt, & in laudes noui principis adcendebant. Re-
 stabant profligandi & domandi Persæ, itaq; cū ingenti adparatu egressus Cō-
 stantinopoli, transmissio Bosphoro, à Calcedone Nicomediam processit: quæ
 olim regia & ampla urbs ædificiorū sumptibus, terremotu cōruerat: immemor
 quod illic educatus erat, ingemuit. per Bithygnos Gallogræciam uenit, & inde
 Antiochiam Orontis petijt, orientis apicem, & cum loci situs omnes ad uolu-
 ptatē inuitet, princeps ibi suapte natura cōtinentissimus fuit, ex eius imperandi
 ordine iusticia è caelo ad mortales redijt. Iulianus quartū inijt consulatū, adsci-
 to Salustio conlega, quē præfecerat Gallijs præfectum, cū uer adpeteret, Hiero-
 polim uenit, hinc in Mesopotamiā signa commouit, post peruenit Cercusium
 (ferè instar insulæ inter Euphratē & Xaborectoram amnes positum est) quod
 Diodetianus mœnib; amplificatum, excelsis turribus circūdedit. Hic moranti
 adlatæ sunt ab Salustio literæ, ut expeditionē in Persas differret, & dijs uetanti-
 bus cederet. sed quis fato repugnat? trāsgressus flumē, pontē auelli iubet, Zai-
 tāq; uentū est, ubi Gordianum Imperatorem exercitus, tumulo intulit: quem Li-
 cinius hostis bonorum euertit. Iulianus ubi hostes propere adesse intellexit, cō-
 cionem habuit, adferens maiorum nostrorum exempla, initium faciens à Ven-
 tidio usq; ad Maximianum, quod ferè omnes rediere laureati, præter Gordia-
 num & Carum: ille insidijs mortalium, hic ira deorum sublati, hostes à præ-
 lio abstinerunt. Ipse Assyriā depopulatus, urbis, oppida partim ui cepit: ple-
 ræq; deditioem fecere: uictorq; cum ingēti gloria, profligato exercitu hostili,
 usq; Cthesiphontē peruenit. Castra aliquādiu illic habuit cum exercitu satis le-
 cto, dum remeat, facē sereno uidit caelo, aruspices Etrusci uetabant quidq; ten-
 tandum, quia signum erat infelix, Iulianus & hoc contēpsit ut ante Salusti mo-
 nitus: postq; inluxit, castra mouit. Persæ sapius adflikti terga inuadunt: & pri-
 usq; laborātibus subueniretur, hostilis ex improviso globus in Cataphractos
 inruit. Sic mos Parthorū ut confusos cedant, dumq; Imperator cautius sese in-
 fert, uulnus excepit, emissā hasta incerti militis, transmissio brachio, & costis, hæ-
 sit fibræ iecinoris: dum auellere conaretur, scidit digitorum neruulos: prolapsus
 in ceruicem equi, ueloci cursu in castra relatus est. adhibita fomētā paululū do-
 lorem leniuere, poscit equum & arma, ut prælium reuisat, cum spiritus deficeret
 concionem habuit, disseruitq; mortem esse summū præmium. Petijt inde quid
 ageret Anatolius, Salustius respondit, Beate degere, ingemuit amici casum, qd̄
 interfectus esset, circūstantes, qui dolore conciti deflebant, sua autoritate casti-
 gavit,

gavit. turpe quidē principē syderib⁹ conciliatū lugere. inde cū philosophis sermo ei fuit de immortalitate animæ. Epotāq; frigida aqua uita solutus est, annū agēs alterū &.xxx. añ VI. Calen. Julij. in suburbana uilla agri Tharsensis Iulianus sepultus est. & in diuos relatus. successor si uixisset, decreuerat nobile sepulchrū. Homo statura exigua & gracili, maiestate cōspiciuus, inter ueteres heros cōnumerādus. ampliādo imperio. & Reip. gubernādæ satis idoneus, si facta cōmississent. ore & manu (ut inquit ille) cōsultor patriæ. imperauit solus an. I. Mens. VII. ab eo qd' Cæsar fuit an. VII. Corpus Procopius Tharsum usq; pduxit. & tumulo dedit. inde abiit, & nusq; nisi ex improviso Cōstantinopoli purpuratus adparuit. Mirū creditu, Barbaræ nationes eū plurimū diligebāt. à militibus adeo obseruatus, ut in creādo nouo principe Iuuiantum legerint, ab uocis similitudine una litera immutata. Memoria & liberalitate darus, tributa parcius exigēda mādauit, licet sint q nolint. gloriæ cupidius adpetēs. & cū Christianos nimis insectaret, sanguine tñ abstinuit. hostes morte nostri principis elati, & circūfusi, castra, quæ spaciū. III. mil. pas. cōplebant, disperdere quærebāt. Romanis uero cōtrouersia fuit in eligēdo. Cōstantiani Abilū præponebāt, proceres Gallorū Salustii, qui ppter ea quod senex & ualitudinarius esset recusauit. dumq; mora fieret ob certamen, clamantibus militibus maturandum esse, Iuuianus eligitur domesticorum primus.

VArronianus Comes ordinū agri Indigonensis incola in Pānonia, liberos utriusq; sexus cū plures substulisset, mœrore anxius, ut q sine prole esset, admonitus est per nocturnā quietē, uti filiū, qui nasceret, Iuuiantū uocaret: fore ut uiueret, & ad purpurā uēturus eēt. Itaq; æditū filiū Iuuiantū adpellauit. præceptoribus, cum ætas posceret, erudiendū dedit, non parū liberalibus artib⁹ pfect, ingenio ualde ad oēs disciplinas p̄mpto. Pater militia darus, notissim⁹ erat & iā emeritus secesserat in auitos agros ut quiesceret, & agricolationi incūberet.

IUVIANVS.

Iuuianus electus est princeps, & statim antesignani Iuuiantū clamauerunt. q in medio, quicq; postremi erāt, opinati Iulianū reuixisse, ingenti læticia effulsi choreas ducebāt. cum nouus Imp. purpuratus, castra comitatib⁹ primorib⁹ circūiret, & cōspectus esset ab ignaris hō incuruus, statura p̄cera, statim lachrymæ obortæ sunt. auspiciū haud felix p̄ntis imperij. reductus in tentoriū de imminēti periculo sermonē fecit, adhibitis tribunis, & comitib⁹. Instabat totus exercit⁹ deduci in Mesopotamiā. hostes à tergo territabāt, quibus semp uicti. fames in castris erat, & rerū penuria. & quibus noster exercitus uictor esset, rerū difficultatibus, & recēti cæde ducis timebat, adeo ut si hostis inruisset, magnā intulisset cladē. ceptū est cōsilio iter. Institere hostes cū elephātis, qui graui nidore terruere equos. opē ferētib⁹ Iouis & Herculis, Gallis, restiterūt Beluis. Vbi Carras uentū est, infelicitate Crassi nobis tāta trepidatio nō fuit. hinc Durā oppidū hoc in loco q̄triduū cōsumptū est. hinc miles cū abiret, puenit ad Tygridē iā auctū cælestib⁹ aq̄s. metus erat trāsire. Galli adsueta fluēta p̄fringere, ingēti aīo ingressi, ad alterā ripā pueniūt, ibicq; hostes obseruātes ripas obruncāt. illos secuta est cætera turba. Ad hæc uenere Oratores à Persis Surenas (nomen est dignitatis

Zz

post regiã) & alij pceres offeretes cõditiones pacis, si nõ æquas, attñ necessarias. cõsultauerūt cū Imp. primates, iētumq; est fœdus nõ sine calamitate Ro. iperij. Prouinciã qnq; Trãstygriana, quas uictor Galerius Maximian⁹ adceperat, restitutæ sunt, Asarzamena, Mozena, Zabdizena, Rheumena, Carduena: tradita & Singarena, & Nisibis, & ps Mesopotamiã: nõ tradita tñ est Cthesiphõ. & ita fines ueteres inouati nõ sine magno iperij dispedio. Adcessit maior ignominia. ueritus est Po. Ro. Arsaci regi Armeniã amico ac fido auxiliũ cõtra Persas ferre: quod nuncq; antea ad hoc coactus est, uisq; est libertas uictoricũ armorũ cõruisse. iētum est ignobile fœdus ad an. xxx. & religiofo ritu utriusq; gētis cõfirmatũ. exercitus inde in tutũ pductus est. Iuuianus cū puenit ad locũ, Dadaftana uocat, q diuidit Bythynnos à Galathis, æd siduo labore longi itineris, aut receti tectorio, positus ibi prunis, mortuus est. Sunt q scribunt incidisse in morbum ex uarietate ferculorum: quibus repletum corpus, quod auidissime illic sumebat, cõquoquere nõ potuit, & cruditate perijisse. Vixit an. xxxiii. Imperauit mensis vii. à Valentiniano in diuos relatus est.

FL. VAL. VALENTINIANVS AVG.

Post Iuuiani mortẽ exercitus Niceæ, quæ urbs caput est Bithynniã, Valēti-
nianũ Gratiani filiũ Imp. elegit. Nã L. Eqtius, qui Illurico præerat, qm̄ ab-
sens, præteritus est. Augustus Cæl. Valentẽ fratrem Tribunũ stabuli fecit, post
paulo Cõstantinopolim cum uenisset, & in suburbanũ cõcessisset, cõsensu oim̄
ipm̄ Valentẽ cõsortẽ iperij & Aug. pnunciauit. Præerat eò tpe Romæ Rufius
Turcius Apronian⁹ lris & Reip. moderãdis habenis uir darus & inlustris. Pro-
copius, q genus suũ ad Cõstãtinũ referebat, & paucis suffragationib⁹ purpurã
induerat, pœnas cœpti mor⁹ dedit. Porro Valẽs Gotthos, qui Procopio auxilia
miserat, uictos Thracia exegit: & Victor magister Eq; Atalarichũ regẽ Gruitu-
gorũ (bellicosa gens est) uertit in fugã, & pacẽ dedit. Interea Valētiã Saxo-
nas oceani adcolas inter inuias paludes domuit, Alamãnos adtriuuit, & Victor
ad oceanũ puenit. deinde in febrẽ incidit, qua liberat⁹ pro cõcionẽ, exercitu ad-
sentiente, alterũ ex filijs Gratianũ, insignib⁹ ornatũ, adpellauit Augustum, sta-
timq; expostulatus publicarũ rerũ admonuit, & urbi Romæ præfecit Orphitũ.
Picti & Scoti Germaniã gētes Brittãniã inuadũ: illi Caledonios & Veturio-
nas occupãt, ij depopulant insulã. Sarmatæ præsidẽ, quẽ Roman⁹ Imperator
dederat expulerũt. Parthi suo cõsilio qui Armeniã inruperãt, occurrente Arin-
theo legato, abierũt. sic puincia liberata est. Alia uia Saporex rex Persarũ, ru-
pto fœdere nos tẽtauit, Cthesiphõtẽ cepit, ibiq; hyemauit, & Valẽs Antiochiã.
ad Aquilonẽ inquieta rebellat Germania. Eò missus cū exercitu Theodosius
primus magister Eq;. cuius p̄speri successus similes ferebant actis L. Domitiũ
Corbulonis in Armenia sub Nerone, & L. Veturini sub Traiano. Valētiã-
anus exacta Treueris hyeme Gallias reuertit. & post paulo dũ intētus audit le-
gatos Quadorũ, q latrocinia excusabãt, subita ira adensus incidit in morbũ,
q arefcentib⁹ uenis cū nil sanguinis emitti posset, mortẽ obijt. Impauit an. xi.
Mēsis. viii. D. xx. Interea Vnni, seu Alani, q sunt Tartari & Nomades, Scy-
thæ, q lõge añ à regione Trãs Tanaim uenerãt, supato Istro, q limes erat, uagi
Pannonias

Eq; id est
Equitum.

Pannonias, Epirum, & Thessaliam, direptis & incensis aliquot urbibus, grauius uastauerunt. Maiores nostri, uiri boni, non ambitiosi, non contentiosi, sine avaritia & luxu, Scythas irruentes sapius repulerunt. At uero cum opes in pretio fuere, & mensae magnis sumptibus paratae, & maior cibi condendi quam uirtutis cura, Scythis bellatoribus cessimus, grauius uulnera percussimus. Imperatores duo, Decius pater ac filius, non sine magna strage, cum Scythis congregatis uicti cecidere. at post Valens prope ex Antiochia aditus, tantam pestem auertere non potuit: sed magna clade uictus, terga dedit, & in fuga uulneratus decidit ex equo, adceptusque est in uile tugurium, inter fomenta expirauit. Victor Halanus cum persequeret, locum armatis sepsit: & quia capere primo impetu non potuit, inscius quod illic imperator esset, ignem iniecit, & absumpsit. Hic fuit Valentis finis, qui modo terror Orientis erat: Boreali incendio fomentum praebuit. Vni Halanicum, & Gotthi uictoribus signis Constantinopolim obsidet, persolutaque ingenti uis pecuniae ab Dominica Augustae uxore Valeria, cepta reliquerunt. Dum haec infeliciter ad Aquilonem gerunt, Theodosius pater eius qui postea imperauit Theodosius, in Africa Firmum noua molientem praelio uicit ac cepit. Et Gratianus Treueris agens, fratrem suum Valentinianum Iustina matre aditum, consulente Merobauda Tribuno, titulo Caesaris Augustae, confortem imperii fecit. Ipsum uero Gratianum ociosum, dum suos negligit, & habitum ac moribus, Halanis quos sibi post obitum patris conciliauerat, placere studet, Maximus ab exercitu nostro dux electus, ex improviso adorit, & in Italiam transire properantem dolo circumuenit, & occidit: & ab eodem Iunior Valentinianus Italia exactus ad Theodosium, qui in Oriente res gerebat, concessit: a quo liberaliter exceptus est.

THEODOSIUS.

Theodosius qui sex ante annos a Gratiano, ut orienti praeset, Olympio & Aufonio Coss. Augustus pronuntiatus erat, bello civili commotus, uictoribus signis Aquileiam per inuias Alpium raptim contendit. Maximum ibi secum degentem uis cepit, & occidit. statimque Andragastus praefectus classis, & socius Maximi, certior de caede factus, in mare se praecipitem dedit. Valentinianus in occidentis regnum restitutus, ab Italia in Gallias profectus est. & dum Viennae negligentius moraretur, fraude Arbogasti, Halanorum praefecti, noctu in cubiculo strangulatus, creditus subita aut uoluntaria morte obisse. sic interijt Gratianorum proles. Satisque fauenti caelo uisum est, uno uelut cursu quatuor eam numerasse Augustos. inter quos tertius parum bellicosus, non auo, non patri similis. Roma cum a palatio ad hortos Sallustianos secederet, dicebat se confecisse Parthicam expeditionem. Extincto etiam in Gallijs Victore, quem pater Maximus, ubi copiis praefecerat, illa orbis pars minime quieuit. Arbogastus enim occulta iuuenis morte Eugenium imperatorem cum exercitu facit. hac scilicet uia. Sub titulo illius, occidentis regnum inuadere studebat. multis milibus coadunatis, de summa rerum cum Theodosio colligere statuit. Dux noster inuictus, deo hominibusque adceptus, cum Honorio filio, ingenti animo opus adgressus, hostilia arma, pugnantibus etiam pro eo uentis, qui sponte carceris eolij cedente obice, eruperat, profudit atque deleuit. Eugenius captus poenas luit. Arbogastus ut cruciatibus se eximeret, sua manu usus, occubuit. Victor ingenti gloria potitus, amplissimo triumpho liberati

Z z i orbis,

orbis, subactis undiq; domitisq; Tyrannis, administrationi Reip. animū adiecit. Filios Honorīū & Arcadiū, quos ex Flaccilla susceperat, consortes fecit imperij, & quia nōdum atas matura imperio erat, ductores legit qui adessent, testamētōq; sanxit. Rufinū Arcadio adiūgit, & Honorio Stiliconē. Ipse interea Mediolani morbo absumptus, Olymbrio iterum & Prino COSS. Imperauit annis XVII. Genus à Traiano ducere se iactabat: nec ab re: nā morib⁹, & uultu, & successu rerū similis fuit. Ille labentē temp. in pristinas uires restituit: sub hoc imperium Ro. quod ocio & negligētia triū principū consenuerat, dissensione partiū dilaceratū, uelut reuiuenscens lacertos mouit. ille pacata Europa ad Indos usq; arma intulit: hic prius auspicijs atq; armis paternis adserta Lybia, adtrita belliosa Germanorum gente, datāq; sua uirtute, toto Orienti pace, postremo subactis ardentissimis Gallis, nō omīssa Britānia, parenti gentiū urbi, Italiæq; suæ, uictrices Aquilas reportauit: subq; eo fortunæ simulacrū nusq; pratoriū mutauit. Arcadius igitur Constantinopoli. Honorius Romæ imperat. Sed quis animorū recessus intueri potest: ueterē fidē & sanctissimū legati ius cupido regnādi uiolauit. prior Rufinus clam missis muneribus, Alarico Gotthorū regi capere arma cōtra Arcadiū persuadet, ut sub eo metu diadema Orientis capiti suo imponeret. re intellecta, à militib⁹ Italicis perniciosus tutor occisus est: caput cū dextra præcisum ante ipsas Constātinopolis portas pependit, ac spectantibus ludibrio fuit. Caianus Rufini imitator, auxilio Gotthorū fretus, bellū ciuile mouit. adrisit ei primo prælio fortuna, post nauali inter Hellepontum & Cheronnessum uictus, dum fugit, captus est. caput eius pilo suffixū Constātinopoli spectaculo fuit. Arcadius cū regnasset an. paulo minus XIII decessit, Basilio & Philippo COSS. relicto filio Theodosio, quem antea Cæsare fecerat. Cui ex matre Eudoxa & Augusto patre, tres sorores erant, Flaccilla, Martina, & Pulcheria, quæ uirginitatē perpetuo seruauit, summa bonitate, integritatēq; & sanctitate, religionis obseruātissima cultrix. Virgini deiparæ nobile templū adificauit Blacernis, in quo inclusas argenteo tabernaculo preciosas Mariæ uestes, quas è Palestina suis manib⁹ tulit, summa cū ueneratiōe posuit. Eudoxa ante uiri obitū tribus annis, morbo soluta est, Honorio IIII & Eutitinio COSS. Gildo regnū Aphricæ adeptus, Mascezelis fratris filios enecat. is Italiā nauigauit, ab Honorio copias adcepit. mirū dictū, cū v milib⁹ pugnatōrū, fraternas copias deleuit: ipsiusq; Gildonis à fuga tracti uelo gulā, qbus mādātū est, fregere. Hoc modo Mascezel cædē filiorū ultus est. Interea Stilico secretiore uia filio regnū parat. Mariā Honorio nuptui dat. quæ cū ante nuptiarū diem obisset, Thermatia filiam alterā despondit: & hæc illius fatū uirgo secuta est. mcestus parēs Eucherii filiū Cæsare uisere cupiens, Sueuos, Vuandalosq; & Alemānos magna prædæ spe sollicitauit. Ille pperat cū rege Rhadagasio. numerus fuit CC milium. Stilico metū simulat. Hostis urbis potiendæ causa, in Italiā inrūpit: occursum nostrorū subito repellit. In Etruriā fugit, ibiq; uictus est. Rex uero à fuga retractus, & in carcere strāgulatus est. Hostes deinde q; superfuerūt, cū ad solita loca se recepissent, eligēdo duci intenti, Alaricū regē salutauere. q; statim legatos ad Honorīū misit, qui agros ad habitandū peterent. Gallia ab imperatore concessa est. quò dum

dum pergit, cū omni supellectile, fraude à Stilicone de industria petit⁹, iter omī sit: ultores inuocans deos: quod ius gentiū uiolatū sit, indignatus toto (ut dicit^r) impetu, caelo duce Romā cōtendit, obstipescens cunctis. Quā iter faciebat, uoto potitus est: pauca aedificia incendit: non multa honustus praeda, sexto die egressus est, captiuā abducēs Placidia, Magni Theodosij filiā, quā in foro Cornelij, Ataulpho p̄p̄inquo suo uxore dedit. Ex lectione historiarū illud cōpertū habeo, uictoriā semper fore in ea parte quae iure pugnat. Victores olim Galli, post captam urbē si à foeda innocentium nobiliū caede abstinuissent, cōscendisse capitolium Romanis minime profuisset, & anseris clangor Manliū nō excitasset. Capta est urbs an. A. V. C. millesimo. C. LXIII. ignominia potius q̄p̄ dades inlata est. Victor deinde Alaricus in Sicilia tranare naufragio uertus, dum Consentia hyemat, morbo interiit. Milites metuentes ludibria effossi cadaueris, al uēu Bussenti amnis mutauerunt: excauatōq; Hipogeo, regis tumulū congestis opibus posuerūt, & fluuiū pristino alueo immiserūt, & praeposito copijs Ataulpho rege ad urbem diripiendā redeunt. Dux uero Ataulphus moribus uxoris Placidia lenitus, foedus cū Romanis percutit, ibi indignati regē dolo substulerunt. Iamq; Stiliconis fraudes in aperto erant: igitur cū filio Romae in foro pacis occisus est: etiā eius factionis pleriq; cecidere. Interea in Britania occiso Gratiano Tyrāno Constantinus praeficit, propter nomē duntaxat ad hoc dignus existimatus. Is cū exercitu in Gallias nauigauit, & Constantē filiū Caesarē ab eo factū, cū parte copiarū ad occupandas Hispanias frustra misit. Cum hoc adcepisset Honorius, Constantiū ingentis animi uirū, ad liberandas Gallias proficisci iubet. q̄ Constantiū ad primos impetus cōpressit, & filius fortē patris secutus, à Gerontio Viēnae occidit, in cuius locū exercitus homicida cōsultore, Maximū legit, qui dū in Hispania exularet, urgente rerū tenuitate periit. Extinctis undiq; in Gallijs, Hispanijsq; & Lybia surgētibus Tyrānis, suasionē Constantij Placidia ad Honorii fratrem remittitur. Qua liberalitate Gotthorū rex Vuallis pacē ab Romano principe impetrauit. Porrò Placidia iubēte Honorio nupsit elaro uiro Constantio, quē dux Caesarē & consortē imperij simul fecit. Ex qbus nuptijs Rauēnae v Non. Quintilis, natus puer est Valētinian⁹, Moma & Plinta COSS. magno post adparatu Honorius tricennialia celebrauit, quae uouerat p̄ imperio liberādo. Rursus Scotorū & Pictorū copia, è Britannia ab legionibus nostris pellunt: & in Hispania res p̄ uoto successerūt. Post obitū Constantij Placidia cū filijs Valētiniano & Honorio, iussu Augusti, pellunt, & ab Theodosio Arcadij filio, qui Orienti praerat, hospitaliter excipiuntur. post paulo Honorii febris inuasit, qua decessit, rebus gerēdis dissimilis patri. nā qui eius acta recensent, in quibusdā magni Constantini F. Constantiū imitatū fuisse reperiūt. Imperauit An. XXXI. cū patre II. cū fratre XIII. cū fratris filio XVI. Theodosius iunior audita patruū morte Valētinianū Caesarē fecit, & cū matre Romā misit, aduētus satis opportunus fuit. Nā Ioannē factione Castini, imperatorē factū, & Africā sibi uindicantē nou⁹ princeps opp̄ssit. Theodosius Constantinopoli uicennialia aedidit, se XVI. & Festo COSS. Gēsericus rex Vādalorū aduersus à Bonifacio, q̄ de Africa tenēda despauerat, post multorū caedē Carthaginē occupauit.

pauit. Ad Aquilonē Belba, & Attila fratres, Vnnorū reges, Iluricū, & Thracā populationibus infestando Thermopylas usq; occupauerūt. Omnia Theodosius magna gloria tutatus est, & uictor uota tricenalia ædedit. Sic erat imminētibus periculis cōsuetudo, ut ludi uouerētur: quod triūphalia monimēta ex marmore, ære, argento, auro, & indicant, & testantur. Sub ea figura: uotis xx. uotis xxx. hoc est, uicenalibus & tricenalibus: quod etiā indicat annos imperij.

VALENTINIANVS.

Valentinianus, in quo magna & nō uana spes adferendi occidētis erat, adclamatione toti⁹ Italiæ Augustus ab Augusto adpellatus est. Aetius ductor Gothos in Gallia uicit, Burgundionū regem adflixit: sed in Africa fortuna nobis obfuit. Vandali sub Genserico, Carthaginē cædibus cœdauerunt: nec cōtenti Sicilia inuadunt. Theodosius frustra mouit arma, quoniā pro Barbaris uictoria stabat. Qui in Britānia erāt, cū Scotorū & Pictorū rapinas & impetus ferre nō possent, Anglorū regē Vertigomarū, ad opem ferendā poposcerūt. seculus euenit. Angli insulā suæ ditionis fecere. Sūt etiā ij, Saxonū Germanorū populi, feroces atq; pugnaces, qui adhuc cū Scotis interiectis limitibus imperant. Valentinianus Constantinopolim cōcessit: filiā principis uxore adeptus: post nuptias Italiā repetijt. Mira res, aliquot annis quieuit Oriens, existimo ut uires resumeret, & fortius insurgeret. Theodosius uelut longo imperij potentatu adfectus, imperauit em̄ an. XLVIII. febre solutus est. Attila toto potitus Septētrione, orbis imperio inhians, Gothos, q in Gallia erāt, socios adcerisit. Aetius hæc longe ante præuidēs, missis legatis, Theodoricū regē certo cœdere Romanis cōiunxit. Cōueniūt ducū copiā in Gallia: hinc nostri cū auxiliariis, illinc Vnni, Gepydæ, Sarmathæ, Scythæ, Sueui, Quadi, Heruli, Vgri, fauētibus etiā regulis quibusdā, pugnatū est à mane ad uesperā utrinq; acerrime. nusq; cū maiore hostium numero cōgressi sumus: nusq; maior cædes obstinatioe animorū. nā pugna cōtra Xersem, & Persarū cōtra Aegyptios fide carent, præliū nox diremit: ceciderūt supra CC milia fortissimorū hominū. nemo loco cessit, uulnera aduerso pectore infixā. nemo iudiciū ferre potuit, qui cadauera inspexit, ultra pars ardentius pugnauerit. agebatur em̄ de toto imperio. Barbari tādū regnasse Romanos ægre ferebāt. Ro. illos toties impulsos ac uictos, insultare nō patiebant. Riuius qui propè erat, humano sanguine auctus, rapidissimi torrentis instar effluxit. Sed q̄uis superiores fuimus, nō parua iactura fuit Theodoricæ cædes, quā eius filius Thorismūcus capite Attilæ rependisset, ni Aetius cōsulisset ei expedire, paternū regnū defendere: ueritus ne profligato Attila impetū in nos cōuerteret. sed perniciosum fuit consiliū. Attila em̄ reparatis in Pānonia uirib⁹, fauori animo inuasit Italiā, plerasq; urbes diripuit, Istriæ, Venetiæq; & togata Gallia, ac Insubriū. ad eū Leo PONT. MAX. legatus uenit, salutē Italiæ perorans impetrauit. Reuersus in Pānoniā Attila, dū in nouis nuptijs nimis uino indulget, & quieti se dedisset, ferocius stertēdo mero repletū spiritū efflauit. Vitiō laborauit Bonosus imperator, qui congiū uini epotabat. quare cū pepedit, nō hominē pependisse, sed amphorā in prouerbio fuit. Veteres Græci Heroes ut plenius ingurgitarēt, qd̄ hinc existimabāt latitiā fore, magnis cornib⁹ epotabant.

bant. unde scribit Atheneus cornutū pingi Bacchū. fatiusq̄ est, quod sapientes uiri monēt, uino abstinentū: qd' immoderate sumptū, pro ueneno est. Aetius uel Maximi figmētis, uel iussu principis, q̄ illius successus metuebat, occisus est. qua de re nō longe post Romae in campo Martio Transtyla & Octyla milites Aetij, ipsum imperatorē cōfoderunt, cōsilio, ut ferunt, Maximi. quoniā statim adripuit imperiū, qui tertio post mense à populo Ro. mēbratim cæsus. Eudoxa Valētiniani uxor, in ultionē cædis uiri, Genfericū ex Africa adcersiuit. ille magno cū exercitu nauigauit. urbē ingressus, à rapinis non tēperauit: ut cuiq̄ libitū est præda abacta, abducta & Eudoxa cū duabus filijs, quarū altera Trasimundo Genferici filio nupsit. At milites auidi prædæ, in Campaniā inrumpunt, Capuam euertunt, urbis alias diripiunt, honusti præda Lybiam repetunt.

FL. VALERIVS MARCIANVS.

DVm hæc in Occidente agunt, Orienti præficiē Marcianus, fauente ad imperiū Pulcheria Arcadij filia, cuius cōsilio nondū patefacta populo Theosij morte id factū est. Marcianus humili genere natus, prima stipēdia meruit in Lycia. cū ægrotaret, hospitalitate usus cuiusdā Taciani & Iulij, Germani erant, postq̄ cōualuit, animo recreādo uenatū exiere: fastiditi ardore Solis, sub arbuscula quieuerūt. Tatianus prior excitatus conspexit aquilā supra caput Marciani in aere pendere, quæ panis alis Solis radios arcebat. ille fratrem ut uideret, excitauit. ubi somnus abiit, militi quæ uiderāt aperuerūt, regnū ex eo portendi nuntiantes. Igit̄ abeuntē uiatico CC argenteorū profecuti sunt. hoc idē prodigiū ei cōtigat sub Aspare, dū cōtra Vandalos militaret, captus cū cæteris captiuis qui escebat. Rex cupidus eos recensendi, uidit aquilā supra caput illius, per eiusmodi imaginē abire iussit: & si quādo eueniret, fœdus cum Vandalis inire orauit. Seu aquila, seu uultur regnū portendit: talium prodigiorū plenæ sunt historiae. Pulcheria in eligendo Cæsare princeps, Senis Marciani capitū diadema imposuit. & quibus satis cognitus ordinibus erat, boni ac probati mores eū principatu dignū fecerūt. Ideo magis expedit eligere, q̄ ex hæreditate mereri principē. nouus imperator statim p̄ Tatiano & fratre misit: illum Constātinopoli, hūc Illuricis præfecit: cum Vandalis fœdus percussit. Arma nunq̄ nisi prouocatus mouit: quietis amator, quietum Orientē habuit. Dicere solebat, donec liceret in pace uiuere, non decere principē sumere arma. Romæ populus Ro. cū toto senatu Auitū Patriciū imperatorē legit: sed nō diu uixit. Marcianus cū præfuisset paulo amplius an. vi. naturæ concessit, ut quidam tradunt, conspiratione Asparis. Qua de causa post creationē noui principis, cum filius Asparis, Ardaburius Cæsar esset à Leone pronūciatus, populus patrem interfecit cum filio.

FL. VAL. LEON PRIMVS.

FActione & suffragijs Asparis Leon dicē imperator, & Augustus adpellatus: qui post cædē Ardaburij Cæsaris nepotē ex filia Zenonis filiū Leontē Cæsare fecit: quidā filiū scribūt. Asper em̄ ita cōuenerat cū Leone, ut factus imperator, Ardaburiū eius filiū adoptaret: quod Leon obseruauit. Populus ubi hæc nouit, Ardaburiū cū patre interemit. Anthemiū patriciū Cæsare pronūciat, Romāq̄ misit, eiq̄ imperiū occidētis tradidit: qd' Maiorianus mortuo Aui

Zz 4 to sibi

to sibi uindicauerat. Is quarto anno necatus, Dagalaipho & Seueriano COSS. Sed Rauēnæ Seuer⁹ imperiū adripuit. Qui supato Biorgo rege Alanorū, laurē meruit. III anno occubuit. Quidā tradūt Anthemiū factū Imp. post mortē Seueri. ut cūq; res cōuenit (nā ante Marcianū res cōcepta est) Anthemi⁹ cū genēro suo Rhicimere à Gothis oriūdo diu certauit. Et cū utriusq; copiā paratā essent, & p factiones diuisa urbs & Italia esset, Leon ē Constantinopoli Olymbriū misit purpura indutū, qui uiuētī Anthemio regnū auferret. Res nō ita successit: qm Rhicimer ad Aeliū pontē, supatis auxiliari⁹ Gallis, cū Blimere Anthemiū gladio trāssodit. Ciuiū Ro. bona data sunt prāda: exhaustisset etiā uiscera, ni Cilicus dolor hominē extinxisset. Olymbrius sine cōtrouersia succedēs, VII post mēse decessit. Iā Basiliscus Gensericiū redeuntē in Italiā praelio uicerat. Rauēnæ exercit⁹ Glicerū imperatorē salutat: & à Nepote (sic erat illi nomē) sororis filio regno pellit. Interea Basiliscus Zenonis (q postea imperauit) gener, ingētī gloria uictor magni nominis fuit. Nepos ab Oreste pullus Salonis (nomē uillā in agro Romano) cæsus est. Oreste Odoacer Gothorū rex supauit, & Placētīā misit: iussit interfici: & Orestæ filiū Augustulū iā Romæ imperatē exilio dānauit. Exulauit in Lucullano Cāpaniā. Scribūt aliq, hūc ne caperet à Gothis, spōte imperiū reliquisse, in eo sanctissimū Augustorū cognomē memorat: & si Iustiniānus postea iura uindicauit, neminē purpura & diademate insignitū ipse, & aliq q secuti sunt principes, occidētī prāfecerūt. Gothi ab Augustulo ad Iustinianū regnū tenere. Mira res, ne qd integrū maneret, defecit cognomē Augustorū in uno COSS. Basilio, cū cōsulatus antea duo fuissent: qd scilicet fore portēdit urbis Ro. excidiū. Hæc sunt Tite Arunti, quæ ante aliquot sæcula prādixisti ex Romuli uulturibus, utrū confusus fuisset numerus, ne quis tutelā uinciēdo, iacturā poraret. Matheseos peritus homo inuenit rē sacerdotū uitio turbatā. nec clauī in pariete Mineruæ tā liquido cōstitere, nec annales sub titulo cōsulū tenere numerū potuerūt. Odoacer igit Tyrānus Romæ, in tota Italia XIII regnauit an. cogitauit de urbe trāsserēda, & noua colonia deducēda, ut ab suo nomine urbē adpelleret Odoaciā. Prim⁹ exterarū nationū quietus p x an. possessor, postea infelicē regno ac uitæ finē dedit. At Leon in Oriēte XVI prāfuit an. Leon secūdus prāfuit annū. uterq; morū, non belli studiosus. Eodē anno q Roma capta est, equestris Theodosij magni statua posita in foro Tauri, supra Colidē columnā, spōte conruit.

FL. VAL. ZENON.

Zenonē Leon secūdus sua manu coronauit. Fuit Zenon ex Isauris Ciliciæ humilibus parētibus natus, humili & incognita uilla, non minus uultu q; morib⁹ deformis, imperauit nō ut Augustus, sed ut Tyrānus. sub eo Ilus (quid nō audet fortuna?) ē suis gētibus mutilatis auribus unā cū Leontio in Oriente ciuile motū fecere. Theodoricus rex Ostrogothorū mire à Zenone diligebat, ab eo factus COSS. conlega Venantij impetrauit ab Augusto Italiā, si Odoacrē superasset. Cui Zenon adensus est, cōmendauitq; ei urbē Romā, populūmq; Ro. Theodoricus cū exercitu per Illuricos Italiā petijt: occurrentē Odoacrē praelio uicit, & fugauit. Fugiēs intra mcenia urbis, nō admissus citissime Rauennā cōtendit, triennū ibi obsessus, tandē capt⁹ in cœna iussu uictoris crudeliter excarnificatus.

nificat⁹. uictor ingēti latitia ac plausu ab obuiō Senatu, populōq; Ro. except⁹, plurimūq; dilectus, quod gratuita liberalitate caritatē annonæ fugauit. hoc sci licet imperij cōseruandi salubre fomentū: multaq; ædificia urbis instaurauit. & si ab sanguine quorundā senatorū abstinuisset, nemo fuisset Theodorico adceptior. an. II. Zenonis imperij Basiliscus à sorore, quæ Augusta erat, quia imperator aberat, in regali folio positus, M. filiū Cæsare fecit. rediens è Syria Zenonius suuū repetens, in Cappadocia Basiliscū cum filio relegauit, qui Lemnis (nomen oppidi est) fame consumpti sunt. Præfuit Zenon An. XVII.

FL. VAL. ANASTASIVS.

A Anastasius Diocorus magno cōsensu princeps elect⁹, statim donatiuū militibus dedit. legatos Indosū cū muneribus ueniētes, placidissime audiuit. à mari ad Zelybriā longū murū duxit, ne incursionēs Myforū, Bulgarorū, & Scytharū cū fierent, obesse possent. Statuā æneā equestre inauratā sui nominis ac tituli supra columnā fori Tauri posuit: laudabili⁹ si illā Theodosij magni restituisset. Athenodorus tyrānus in Cilicia pœnas luit: cuius caput Isauricus miles ueruto adfixū ante portas Tarsi tulit, ibiq; relictū aruit. Priscus Antiochiæ, quæ est Ciliciæ, Longinū Selymātheū cepit, & uinctū catenis ad Anastasiū misit. Cui⁹ iussu Niceæ Bythinia tanq; fera dilaniatus est. & Vnni nō cōtenti Armenorū spolijs, Cappadociā uastauerūt, & usq; Licaoniā urbes diripuerūt. Ad Aquilonē uero Vitalianus magister militiæ grauē fecit motū: & ut quiesceret, nōgēta pondo auri ab impatore adcepit. Getæ Macedoniā, Thessaliā, Epirū diripuerūt, multos fecere captiuos; p quib⁹ redimēdis cū aurū misisset Anastasius, & nō sufficeret hostiū uotis, Barbari captiuos aut in domibus suffocarunt, aut p moenib⁹ in cōspectu multitudinis trucidarūt. Anastasius, ut credibile est, malo genio actus, in diuinis præcepit non trinitatē, sed quaternitatē adorandā esse. huic ciuiles mot⁹ adeo creuere, ut nisi simulasset se mutasse mentē, imperio priuar⁹ dedisset pœnas. sed caelestē irā q; uitat⁹: ictus fulmine occidit. Marcellin⁹ tamē tradit eū natū supra an. LXXX, subita morte occubuisse. Imp. an. XXIII. mens. II. D. XXIX.

FL. VAL. IVSTINVS.

I Justin⁹ Thrax sine imaginib⁹, sine tribu, utroq; parēte ignobilis, à teneris annis suū custos, deinde boū, post lignarij cuiusdā minister, natus An. XVI militare cepit, prōptus manu, & doct⁹ hostē ferire: fortē mutauit, princeps ordinis fuit, & hinc p mot⁹ comes fact⁹ est. Mortuo Anastasio ad eū Amātius Spado libertus superioris Aug. ditissimus uenit, magnā uim pecuniarū secū ferēs: orauitq; ut in toto exercitu ductorib⁹ & militib⁹ partiret, & ipse adiceret quantū uellet, pmitteret donatiuū p singula capita, & longe maius q; priores fecerūt, si Theocritianū imperatorē legissent, pecunia satis integre soluta est, nō ad uotū Amātij, sed Iustini, qui p se suffragia caute emit. Itaq; cū princeps eligeret, ne mine discrepāte Iustinus pnūciatus est: quē curuli adceptū sella, diademate ornātū, adorauerūt omnes. Amātius & Theocritian⁹, & Andreas minister à cubiculo, insidias principi parauerūt: ea de causa è medio sublati sunt. In occidente Theodoricus XXX mil. Gallorū prælio cecidit, Ioannē PONT, MAX. Romæ carcere cōsumpsit. Inde subita morte occubuit, regnūq; Atalarico ex filia nepotī tradidit.

tradidit. in Oriēte Iustinus sororis suæ filiū Iustinianū COS. fecit cum Valerio cōlega. qui cōsulatus cōtra legem Marciani, adeo insignis fuit ludis atq; muneribus, ut facile priores supauerit. xx leones iubatos, & xxx pardos exhibuit, aliasq; innumerabiles feras. Itē gladiatores & scenas, Circensesq; & magna aurigarū præmia, in quibus ultima tantū mappa à populo, ppter factiones denegata est. Anno imperij eius IX, Cal. April. Iustinianū adoptauit, consortē imperij fecit, quarto post mēse decessit. Imperauit an. IX. mens. II. Mauortio COS.

FL. VAL. IUSTINIANVS.

Iustinianus reparādo imperio animū admouit. Persas, qui trāsgressis limitibus Mesopotamiā, Celsyriā, Syriāq; prædati sunt, Belisarius legatus ab Augusto missus, prælio fudit, fugauitq;. Trans Euphratem abire coëgit: ueteres firmauit limites. Iura imperij toto Orienti adseruit. cū uictoria redeuntē & aureo curru triūphantē, Iustinian⁹ magna læticia excepit. idēq; dux triūpho insignis, & rebus gestis darus, recuperata Aphrica, Gelimerē Vandalorū regē uinctum catenis Constātinopolim misit. Carthaginē firmi⁹ q̄ antea restituit. Triūphus maior ac preciosior Persico fuit, præferbant puluinaria ornata auro ac gemis. signa militaria, tapetes, mensa, pocula, uestes preciosæ, pepla, regia q; hæc supellex distincta auro, lapillis, & margaritis, VII magna uasa plena auro, & uasa quædā è gemis. Quid gratius præberi oculis potuit, q̄ captiuū intueri regē cū uxore, & regia familia? Cū ad conspectū imperatoris uentū est, iussusq; est rex adorare principē, ferunt eū pleno ore semper risisse. Existimabāt ingētī dolore percussus, mente captū esse, illumq; dixisse se ridere fortunæ humanæ uicissitudines: ut qui modo rex fuisset, iam seruiret. eadē sentētia fuisse Aimilij Pauli memoratur. Cū post captū Persen Macedoniæ regē, de mutabilitate fortunæ non sine lachrymis differuisset, COS. factus Belisarius (quæ dignitas prima post imperatorē erat) è Sicilia in Aphricā redijt: rebellātes cōpressit. Solonioni præsidī partē inuictarū copiarū reliquit. At uero in Italia Atalarico defuncto, q̄ regnauit an. IIII. successit Theudatus, qui cū suspectus esset in loco qui dicitur Quinctus, tumultu militari occisus est. Opinio fuit Vitigitem, qui statim regnū adcepit, autorē cædis fuisse. Vilibarius cū uictore exercitu, iussu principis in Italiā nauigauit, Neapolim resistentē uicē cepit: sæuitūq; est sine sexus, ætatis & sacerdotij discrimine. Romā cum uenisset, pauidi Gothi Rauennā profugerūt. Vitigitis coadunatis innumerabilibus copijs, Romā cōtendit, obsidet: nihil cū proficeret, suburbana omnia incēdit, ita Belisario acriter defendēte urbs nō capta est. Post annum Vitigitis re infecta, Rauennā reuersus. Deinde, quod uix credibile esset, Belisarius cū parua manu, cum tanta multitudine conflixit, profligatq; hoste Vitigitē fugauit, captus à Ioanne magistro militiæ, Romā ductus est, & inde à Belisario Constātinopolim. Iustinian⁹ regij nominis memor, ne sine dignitate uiueret, Persico limiti in ripa Euphratis hominē præposuit. Vbi sequētibus annis diē obiit, dū hæc in Italia gerunt, Gothi in Aphrica duce Gundorico rebellarunt. Belisarius rē sedauit, cæso autore qui dux erat. Gothi Circūpadani Hildebrandū regem creant: cui post paulò interfecto substituitur Varius, qui uix annum præfuit, & cæsus est. eius locum adsentientibus copijs adcepit Badula
cognomi

cognominatus Totila, quo ductore Gothi populationib⁹ & incendijs totā Italiā infestam reddiderunt. Aueratiū Pont. Ausinatū legatū ad imperatorē misere, ut eis liceret urbē & Italiā tenere, quēadmodū maiores eorū tenuerāt. Quibus respōdit Iustinianus, res Italicās cōmississe Belisario & Ioanni, cū illis agerēt. Gothi intellexerūt sibi armis decernendū fore: itaq; sine spe ueniā ac pacis omnia rapinis, caedibus, incendijs, ruinis, anteq; Belisarius rediret, ingenti miseratione fœdarūt. Urbē Ro. proditione Isaurici militis XVI Cal. Ian. porta Celimōtana ingressi, imperio potiti sunt. nec eo cōtenti, bona diripiūt: mœnia bona ex parte solo æquāt, domos aliquot igni absumūt. incolas omnis cuiusq; gradus atq; ordinis rex potissimū Totila ab urbe abire præcepit, ducturus alio in loco Coloniā. multitudo oīs in p̄pinquas urbes se recepit, sine habitatoribus urbs relicta est, māsītq; in ea solitudine amplius XL dieb⁹. Hæc sunt tua monimēta parens Romule: hæc est illa aeterna urbs, terrarū dea, gentiūq; Roma: cui par est nihil & nihil secūdū: quæ undiq; uictō penē orbe aduectos triūphos recepit: cui⁹ imperiū occidētis Oceano, & Transygritanis regnis terminatū. Tu ne illa Roma ad quā quot sunt sub cælo gētes, cōuenire ius erat, quæ innumerabiles colonias emisisti, sed iam ciuili intestinōq; odio eō lapsa es, ut honorificetior habereris, si nomē tuū tantūmodo extaret. Quoniā dissensione partiu, & adsidua uastatiōe Romani agri, ita à tuis præsertim dilaniata es, ut exactā uetere pomerio, mutilatāq; in campo uix cōsistentē, nostra ætas nō sine lachrymis conspiciat. Auget præterea dolorē, q; qui præsumt, licet uelint, adiumentū tamē ferre nō possunt. Interea Belisari⁹ morbo liberatus, silētio & ruina squalidā urbē, & graui dolore depasti incēdij foetidā, ingressus est. Ferūt incendiū surgētibus flāmis XIII dies emicuisse. Dux caut⁹ mœnia raptim repauit, linguīs & ruinis, ciues redire iussit, quorū maior pars etiā nō uocata reuersa est, sed nō oīa ædificia in cineres ierāt, quæ magno redeūtib⁹ adiuuētō fuere. uerū tamē regiones tres, porta Capena, Piscina publica, & Auētinus, adeo cōsumpsit, ut neq; tūc, neq; postea restitui poterint. Totila adcepto huius rei nūcio, cū infesto exercitu ad euertendā urbē redijt: sed repulsus Aimiliā petijt. Et si Belisarius p̄secutus esset, Gothica uictoria laudē Narseti ademisset. Belisariū à rebus Italicis fama belli Gallici reuocauit. Germanus Patricius Augusti patruelis contra Gothos missus, in Iluria morbo occubuit. itaq; Italicæ expeditiōi præficiē Narsetes, in Aphrica Artabanes Stozā Tyrānū prælio uicit, ac cepit. dūq; Cisalpinæ Gallia Totilas auxiliū præstat, à Longobardis occisus est. Deinde Gothi audito Narsetis aduentu, obsides Romanos, q̄s & secū habebāt, ad unū interfecere omēs. Narsetes deinde cū Gothis magno prælio cōstixit, & felici usus uictoria, oēs penē deleuit. etiā rex ipse ne superstes dedecori esset, gladio pugnādo trāssixus unā interiit. Ob uictoriā ludī æditi, & in Circēsisbus ex factione Prasinorū & Venetorū tanta seditio ex certamine orta est, ut magnā fecerit cædē. Tale spectaculū aurigæ præbent, & inanis spectantiū fauor nunq; quiescit. sic Russati, Albatī, Venetī, & Prasini mappas in circo quærūt: sed ultima ferē semp in ambiguo est. sic p̄ uili panno, miserorū mortaliū animi, huc illuc distracti p̄dēt. Princeps tādē adfect⁹ morbo, Iustinū ex filia nepotē cōsortē imperij fecit, caputq; diademate exornauit, fortunāq; fauentis

uentis signū in cubiculū illius trāfferri iussit. ingrauescēte morbo nō sanus mēte decessit. Impauit an. XXXIX. FL. VAL. IVSTINVS II.

Iustinus patre Ilurico, matre Augusti filia, à teneris annis nō ut nepos, sed uti filius in aula principis educat⁹, magno in honore habitus est, natura facili, & ad omnia desteriore. ab initio principatus, orāte Sophia eius uxore, æs alienū soluit: tanta liberalitate usus, animos ciuiū, simul & militum cōiunctissimos habuit. Cū Persis solutis inducijs pacē fecit. Narses post Gothicā uictoriā tenuit Italiā an. XVI. adcusatus à quibusdā seditiosis ciuibus apud Iustinū, qd' nimis austerus ac sæuus in iudicijs esset, p literā se expurgauit. Sophia ut hominē irrideret, ad eū scripsit, ut ad pensā, muliebre opus, rediret. Eunuchus em̄ erat, ille in dignatus sollicitauit Lāgobardos, qui in Pānonia erāt, quorū auxilio delendis Gothis usus fuerat, uti Italiā occuparēt. Natio fuit Germanica, quæ ex Cimbrica pēninsula ad quærēdas sedes pfecta erat, & nō statim cepit arma, ferè trionio post, cū uxoribus, & liberis, & omni supellectile Italiā petierunt. numerus fuit CC miliū. sub rege Albuino subactā ac domitā Italiā in potentatus diuifere. Tenuerūt an. CC. III. illo tēpore Vgri glacialis Oceani adcolæ, quærēdo sedes, Pānonias ingressi, ibi cōmorati sunt, quā adhuc pacifice tenēt: rebus bellicis ita clari, ut nulli ferocissimarū gentiū cedant. Iustinus cum grauiter dolore pedum laboraret, obijt. Tiberius, quem ante adoptauerat, ei successit.

TIBERIVS.

Tiberio pax erat cū Langobardis, q se paratos fore ad omnia principis mandata p legatos fuerant polliciti. regē sibi creauerūt Cephen: qui cū à suorū sanguine etiā nō abstineret, in insidias lapsus, cædi meruit. quo cæso Langobardi XXX duces legere, qui Italiā regerēt: quæ à Samnitib⁹ ad Alpīs, præter urbē Romā & portū, dittonis eorū erat. Tiberius in Oriēte Persas sæpe profligatos intra suos fines cōpulis, recepta Mesopotamia. Langobardi, rupto cū imperatore fœdere, urbē Ro. graui obsidione premūt: sed eos multitudo decedētū hymbriū à moenibus repulit. Qui existimātes sacrū quodā uiolari, magno silētio eo animo cōcesserunt amplius cū hostilibus armis nō redituri. Secuta est hymbres longa siccitas, & inde caritate annonæ laboratū est. Tiberius Mauriciū generū suū adoptauit. Tiberij felicitas multi noīs fuisset, si res in Occidēte ut in Oriēte ei successissent. Imperauit An. VII. Mauriciū generū suū consortē imperij fecit, qui successit.

MAVRICIVS.

Mauricius gerendis rebus in initio felix, Armenos & Persas per legatos fudit. Mæsia Scythas repulit. In Italia Lāgobardos repressit. Deinde auspicijs Theodosij filij sui, & Germani soceri, uictos Vnnos, Pānonijsq; exactos ad solitudines fugauit, & Chaganū adflixit illorū ducē. Romanus quidā patricius, nō abnuente Augusto, cū Langobardis sæpius pugnauit, & Victor primus Italiae Exarcus factus est. felix est q uictoriā adsecutus tēperare se didicerit. Romanus Græcis mundicijs nutritus, ad delitias animum flexit, simulq; ad rapinas. Maurici⁹ uero uetuit: cui⁹ mēs (quia pax erat) cumulandis thesauris adcēsa finē non inueniebat. ea de causa tenax factus, stipendia aut rara, aut nulla dabat: factaq; contra eum conspiratio est ab exercitu, qui Sarmatico limiti præpositus erat:

erat: cuius dux Phocas. Rumor ad Augustū peruenit, qui Philippicū generū se adcersire iubet: cui aperuit, quomodo per nocturnā quietē bis terūe admonitus erat, uti cū tota familia à Phocate præcaueret. Philippic⁹ admirās dixit se noscere hominē, qui tale facinus nō auderet, cū nimis timidus esset. Improbius tamē
 » propter id, inquit Mauricius, mihi cauendū est: nam qui timidi sunt, postq̃ sce
 » lera ineunt, parcere nesciūt, & sæuius agūt. Cogitemus igit̃ ne res eueniat. tum
 Philippicus: liberalitate opus est, ea sola milites etiā irati sedant. Mauricius sur
 dis auribus audiebat: aut cogitabat inferos pecunia placare, ne acciperent, ad
 mitterentq̃: aut ne priuatus ut antea inter notarios lateret: notarius em̃ fuerat,
 & ob diligentiam à Iustino præfectus uigilum factus, inde Tiberij gener, post
 Augustus. Longe auarius antea omnia negocia principis agebatur, ut opinor,
 ob factorū necessitatē. cū milites id amplius ferre nō possent, præsertim qui con
 tra impetū Scytharū positi erant, loco sterili ac difficili, & gelu horrido, coniura
 uere in caput Mauricij, sed cū ad opus uentū est Calcedonæ, tota dom⁹ ferē cū
 » principe cæsa est: quod ei nō contigisset, si nō fraudasset milites stipēdio: si ut de
 » cebat uixisset. Ferūt em̃ nihil esse in eo qui imperat auaritia detestabilis, scedū
 » crimē est, & parens omniū malorū. Hinc rapinæ, hinc cædes, hinc dominādū cu
 » pido ortum habuere. Hæc in Pertinacē cætera uirū integrū ac sanctū milites ar
 mauit: cōtra liberalitas Alexandro Magno imperiū propagauit. Vtinā Mauri
 ci aut Iustinū, aut focerū tuū imitari didicisses, ab illo Iustino æs alienū p̃solutū
 est, hic Tiberius cum uxore Anastasia, placido certamine indigentibus largas
 opes dedit. Sed tu uenti facto concederes, thelauris inhiando
 gladio iugulum præbuisi. Imperauit Mauricius annis xx.

PHOCAS.

PHocas ab scelerato exercitu, cuius dux erat, impator lectus est. q̃ penē Mau
 ricij oblitus, nec tāta cæde edoctus, auarissime tributa exigēda mādauit: ter
 narius priore aurū seruās: secretò cū suis aulicis Persico more om̃ia disponēs. &
 hi legatos audiebāt, iudicia pendebāt, magistratus dabāt, quo in eo q̃ imperat
 miserius & deterius nihil est. Palatini em̃ fumi grauius lædere solent, gratiores
 apud eū erāt, q̃ implebili rapacitate pp̃os uexabāt. stipēdia nūq̃ negauit, quæ
 tamē parcissime dabat. unū porrò sanxit, qd̃ laudē meruit, hoc est, urbē Romā
 totius salutaris uitæ caput esse, cū antea, p̃pter sedē principis Constantinopolis
 haberet. Desidia & ignauia impatoris, Romanorū hostes potētiores facti occi
 dentis Diocesi, Germanias cū insulis, Gallias, Hispanias, & bonā partē Italiae,
 Pānoniasq̃ & Mesia abstulerāt, & magnā partē Aphricæ. Oriētis uero Iberos,
 Armenias, Arabas, & hinc Dardanos, & mediterranea Macedoniæ & Thra
 ciæ. Chaganus Thrax, Vnnorū rex modo huc, mō illuc undiq̃ discurrebat. Me
 sopotamiā, Assyriā Persæ occupauerūt. Aegyptū Sarraceni uastauerāt. Prò de
 decus, nostræ uires adeo defecerāt p̃ luxū ac libidinē, ut imperiū Ro. solo tantū
 nomine cōstaret. Res em̃ P. uindices nō habebat. magnā spem in initio præbuit
 de se Phocas, qd̃ homo militaris: sed oēs fefellit opinio: itaq̃ ex omni pte reges
 soluti metu, irruerant. eoq̃ uentū est, ut aut nomē imperij deleret, aut Phocas
 occūberet. Erat adceptus impatori Priscus Patricius genere Heraclonæ. Hui⁹ fi
 lius

lius Heraclius pro prætore Aphricâ administrabat. ij tres de imperatore occidendo cõiuratione inierunt. Heraclonas quia magister militiæ erat, in Thracia uelut defensurus regionem, & propulsurus Barbaros exercitũ coëgit. Heraclius ex Aphrica Constantinopolim uenerat, ne pater defectionis suspitione faceret. Conueniũt statuto tempore: sit de industria tumultus: dum milites Prætoriani adcurrunt cõiurati principẽ obrũcant. Milites primũ Heracliũ Imp. Cæs. Aug. pronũciant. Populus deinde & Senatus ingenti adclamatione probauit.

HERACLIVS.

Heraclij Sergius Constãtinopolitanus PONT. caput diademate cinxit: ea demq; die Fabiã Eudociã duxit uxorem: simulq; & sacratissimã coronã, & nuptiarũ pompa celebrata est. Totũ Orientẽ uastauerãt Persæ: & legiones sæpius reparatas, sæpius deleuerãt. Hinc Scythæ & Auari Europã diripuerant, & Romanos milites interfecerãt: paucissimi in tot cadibus supererãt. ex his qui militauerãt sub Mauricio & Phocate, uix crediderim quod quidã scribũt duos tantũ superfuisse. Ambiguus erat Heraclius, Europã ne, an Aphricã uindicaret. Crispum Capadociæ præfecit. fœdus cum Chagano ante longũ murum Atanasi percutit. cũ Langobardis induciã nondũ exierãt, Aphricã firma præsidia tuebantur. Itaq; tota mole ad Orientẽ liberandũ cõuersus est. priusq; bellũ gereret, legatos eos misit ad Cosroẽ, ut à uastatione urbiũ, & Romanorũ cæde cessaret: utq; iam satur humano sanguine rediret in Persida. deinde frustra orauit inducias. ille cũ animus omnia perdendi erat, bis legatos contempsit. tandẽ spretis cõditionibus pacis, superbe & cõtumeliose respondit, se nunq; cũ Romanis quieturũ, nisi postposita & abnegata Iesu Nazareni crucifixi religione, Mitrã, hoc est Solẽ, qui unicus est deus, adorarẽt. Imperator indignatus, desperata pace, expeditionẽ quã ceperat, parauit: acrẽ delectum undiq; haberi iussit: nouas legiones scripsit. Nã ueteres occiderãt: & priusq; ad bellũ duceret exercuit, ut solet de Tyronibus fieri, ad liberandũ Orientẽ pergit. Cosroës factus de bello certior, Palæstinã, Iudæãq; diripuit. Hierosolymas post longã Christianorũ occidionẽ, exhaustis omnib; & omni suppellectile, cõsumpsit. Lignũ salutiferæ crucis, una cũ sanctissimo urbis episcopo, in auita regna ferri iussit. Ostanẽ Satrapã cũ ualido exercitu, cõtra uenientẽ Heracliũ misit. res primũ leuib; prælijs tẽtata est, deinde totis uiribus pugnatũ est. Persæ uicti terga dedere. Cæsa sunt hostiũ supra xxx milia. Ostanes fugit. Saraces & Sarabasses duces cecidere. nec tãta cæde ulti sum; . Iãq; iterũ ac tertio uictores, deleto ac cæso supplemento longe maiore, cũ duce Saie & Razetene in uiscera Persidis supato Tygride penetrauim;. sæuitũq; est, nõ modo in hoies, uerũ in urbiũ direptiones, nec tẽperatũ est à pfanis hostiũ tẽplis. qua strage, nostra uulnera recõpensauimus. secũdo & tertio prælio, cælesti auxilio usi, uictoriã adsecuti sumus. sed tertius ille cõgressus cæsis multis milib;, finẽ bello Persico fecit. Cosroës desperatis reb; Ctesiphontẽ aufugit, ubi à Siroẽ filio interfectus est, qd' pater Medarse filio alteri, sed natu minori regnũ tradiderat. Quare & hic cecidit uxoresq;. negocio pfecto, Siroës, ablatas opes q̄s reperit, captiuosq; Romanis, & lignũ uitæ restituit Heraclio, & primus ipse de morte patris ac fratris scripsit ad principẽ. Paxq; ei
data

data est, ijs conditionibus, ut limes Persici ac Romani imperij Tigris esset, atq; Persæ Mesopotamiã nõ adtentaret. tertiã pugnae dies, fastis Ro. adscriptus ad huc magnæ uenerationis est. Exercitus uictorũ & laureatus honustus ferculis atq; tropeis magna læticia & ingenti gloria Cõstantinopolim redit. dux purpuratus aureo inuectus curru, nõ laureã manu, sed lignũ crucis tenes, se lætãtibus populis spectandũ præbuit. Gratũ & salutiferũ spectaculũ, occurrẽtib⁹ sacerdotibus regio ornatu insignib⁹, pópãq; admirabili, præeũte Põtifice, in sacratissimo tẽplo positũ est. maior hic certe triũphus, q̃ qui Deglemere uicto & Aphrica recuperata habitus est. Imperauit Heraclius an. xxxi. ferunt hydropisi occubuisse. Alij scribũt nouo cladis genere, testiuũ folliculo sursum uerso, simul cũ uirili mẽbro, & semp̃ tento: adeo ut quoties meieret, nisi tabula umbilico admotã phibente, uultũ lotio sparsisset. Existimant ob inlicitas nuptias id accidisse. Lapsus etiam fertur in hæresim Monotelitarum.

MAGMED.

H Viustpe pdisse in lucẽ Magmed memoriã pditũ est, obscuris genitũ in Arabia parẽtib⁹, captũq; ab Scenitis (Numidarũ more uiuũt) & mox uẽditũ. Abdimoneples Ismaelitici generis emit locuplex mercator, q nõ ut seruũ, sed liberũ loco educauit. Forma puerũ cõciliabat. cum adoleuisset mercimonijs præposuit: qui dexteritate ingenij cum ualere, cõmertio usus Christianorũ Iudeorũq; & aliorũ, & lucro augẽdo diligẽs, primũ dño gratus, inde in noticiã plurimorũ uenit. Erat tum in Arabia Sergius monachus. Eo em̃ è Byzantio fugerat, scelestæ opinionis pœnas metuẽs: inq; domũ Abdimoneplis cõsuetudine diuertebat, Magmedi plurimũ fauẽs: nactusq; iuuenis facilitatẽ atq; promptitudinẽ, in diuersa haud difficulter deduxit. Interea herus moritur sine liberis, uxor uidua dum uirũ quæreret, & esset qnquagenaria, domiq; haberet ualidũ annis iuuenẽ, domesticis nuptijs usa tradit, Sergio (uti ego existimo) persuadente. iuuenis Magicæ uanitatẽ nõ expers, potens pollensq; carmine, intra paucos dies muliebri mẽti mirum de se studium immiscuit, adeo ut illa nimio ardore deperiret. Conripiebat Magmed comitiali morbo: quod ubi uxor animaduertit, ægreferẽs rogauit, quidnam rei esset. tum ille monitis Sergij, desine mirari inq̃t, morbus abest: sed cõspectũ caelestis nũcij, ad me dei iussu uenientis, ferre cum nequeã, mens & membra obstipescũt. idẽmq; contingere oibus Prophetis narrabat, se quoq; pphetam esse dictitans. Vana spe elusa scemina, fidẽ præstitit: & quẽ modo amabat, obseruare simul & colere cœpit. in ea persuasio- ne cum diem obisset, hæredẽ uirum toto (ut aiunt) axe scripsit. ijs opibus fretus, palãm de se loquebat, multi adsentiebant, præsertim scemina, inter quas antea gloriabunda uxor, nomen laudesq; mariti & caelestium congressus disseminauerat. siqui uero repugnarent, cogebant armis, breuiq; sermone & metu exercitũ satis amplum cõggit. Negligẽtia Cæs. Augusti animos præbuit, qui exiguis copijs primos illos conatus effringere potuit, neglectus ignis paulatim au- gescens, cum fomes suppetit, absumit omnia: desidiaq; nostrorũ, pernitiõsa tabes creuit, cui fomentum medicæ manus adhibere nequeunt. Arabes primi defecere, p̃ximã deinde regiones, ipsãq; inuadit Syria, in qua ferax Damalcus ui expu-

ui expugnata, uiuētis Phylarchi, & templū & diuinos honores princeps inspe-
xit, pugnasse postea fert cū Persis, & partē copiarū amisisse, rediisseq; ad suos
Arabas, copiasq; suppleuisse Scenitis, manu tū bello ualidissima & rebus gestis
clara: quæ indignata ob negata stipendia, fraude quæstorū, & Romani ducis te-
nacitate, Magmedi haſit, & tūc defecisse puincias quidā scribūt. Scriptor haud
ignobilis, qui paulo post illa tpa fuit, tradit Magmed cū plerisq; adſedarū co-
hortibus Syriā intrasse, & p legatos petiisse ab Heraclio regiones ad incolēdū,
atq; impetrasse: & ingentē illū numerū, cū alimēta decſent, direptionib; agroꝝ
uillarūq; & urbū quaſiuisse. adiiciunt post rapinas reuertum eū ad antiquas
sedes, aperuisseq; leges, & fuisse legiſlatorē: tādē natū an. XL. ueneno interisse:
qd' ad fines dñorū, ad q̄s hæreditas spectabat, paruuisse ferūt, & clam cibus im-
miscuisse. Eo sublato Ismahelitica gēs, quod ab duce didicerat, ferre palām de-
territa non est. Tota ferē quæ antea cœperat cessit Aphrica, sed ora Mediterræ/
nei maris lōge serius. Demū desidia Romanorū principum, eò supstitio creuit,
ut magnitudine eius atq; armis perterritus oriens, & bona pars Europæ, nō si-
ne clade, & nostra ignominia, deſciuerit.

DE PROGENIE HERACLII.

Heraclius ex Fabia Eudocia uxore suscepit Epiphaniā & Heracliu, q̄ Con-
stantinus nouus adpellatus est, quem ab ineunte ætate sacro diademate
adornauit pater. Defunctæ Fabiæ funus cū efferret, puella sorte quadā spuit p
fenestrā, cōtigitq; tetigisse elatū cadauer: nulla facta mora comprehēsa & rogo
Fabiæ posita, uiua exusta. Duxit postea Martinā filiā fratris, lata lege, ut idem
oibus liceret: ex qua genuit Heraclonā. Successit primū patri Cōstātīn⁹ nouus,
q̄ regnū à p̄re adcepit, nō malū fidei dogma: nondū annū imperans, à nouerca
ueneno sublat⁹ est. Adripuit Imperiū Martina cum Heraclona, qui natus erat
an. x. & ij cōspiratiōe senatus añ bienniū capti, & in exiliū Capadociā missi, mu-
lieri linguā præcidūt: ne orōne, qua plurimū ualebat, populos cōmoueret: pue-
ro absciderunt nasum, ne decor aut grā in uultu miserationē facerēt. Senat⁹ tūc
sine militibus principē fecit, quod raro cōtigit, & añ & post Tacitū Aug. electus
est Constans Cōstantini F. genitus ex Gregoria filia Nicetæ Patricij: & is filius
Gregoriæ, qui multū dilectus ab Heraclio fuerat, magnisq; honorib; functus.
Cōstans ꝑo dum frustra in Lāgobardos impetum facit, in suos cōuertit irā. la-
minas argēteas, quib; Panteon tegebat, & alia quædā p̄ciosa, reliquias hostiliū
prædarū atq; incēdiorū substulit, & secū in Sicilia tulit. Dūq; ibi in balneis se la-
uat, à ministris, autore Mazese, interfectus est. Qui dū pace Cōstantinopoli fru-
itur, mortē obiit, regnūq; p manus filio Iustino tradidit. In hoc defecit Heraclij
p̄genies, decimo Imperij anno, deiectus solio à Leontio Patricio, exul in Pon-
to, adſictus calamitate occubuit, abscissis narib;. soli Heraclio inter oēs princi-
pes Ro. c̄ptū rerū gestarū monimēta docēt, stirpis suæ apud inferos sextū lege-
re Augustum, Lachesis suo inextricabili uolumine cōcedit. Præfuerunt omnes
an. LXXXVII.

COMPENDII ROMANAE HISTORIAE PER
POMPONIVM LAETVM, FINIS.